


Catala

5.9.

120

C

63



Iesus, Maria, Ioseph.

DEVS ILLVMINATIO MEA.

IVRIS RESPONSVM

P R O

NOBILI FRANCISCO

Vilana.

CONTRA

NOBILES CONIVGES

OLMERAS ET ARGENSOLA,

Ad Relationem Magnifici Iosephi Aleny R. A. D.

Aduario Fores & Montagut.

I Vantumvis pro demonstranda iustitia huius nobilis partis, plura fuerint impensa scripta per celebres iurisperitos huius partis, olim Aduocatos, nempe Magnificos Ioannem Paulum Xammar & Ioan. Baptistam Pastor, nunc meritissimos Regios Senatores, quorum doctè scriptis nihilo aliò indigeat Nob. pars hæc; tamen quia Nobilis pars alia vi-

A dens

vide memorabilia fol. 213, et 263

2
dens se oppressam, tot fortissimis argumentis & rationibus allegatis, insurgit nunc nouissimo iuris responso, & ad enar- uandam iustitiam huius Nobilis partis tria proposuit media.

2 Primum (quod nouum est & nunquam hucusque allegatum) consistit in negando potestatem Bernardo Se- uero Çapila apponendi vincula & fideicommissum, quo se iuuat hæc Nobilis pars, & illius virtute succedere prætendit in bonis Petri Angeli Çapila, quæ antea fuerunt dicti Ber- nardi Seueri vinculatoris, ex quo ait, dictum Bernardum Seuerum Çapila dedisse dicta bona dicto Petro Angelo Çapila eius filio, & filiis eiusdem in primis capitulis matrimo- nialibus absque vlla reservatione apponendi dicta vincula, per eum in suo testamento scripta, vigore retrodonationis, cessionis, seu renuntiationis in secundis capitulis matrimo- nialibus, quod facere non potuisse, intendit.

3 Secundum versatur circa voluntatem vinculatoris, prætendendo, quod casu quo dictus testator potuisset appo- nere dicta vincula & grauare filium donatarium & eius fi- lios, & descendentes in dicto tamen testamēto: ex verbis tamē & clausulis illius non potest induci fideicōmissum, quod prætendimus resultare in fauorem filiarum dicti testatoris secundo loco substitutarum, non solum in casum expressum mortis Petri Angeli Çapila sine filiis & descendentes; ve- rùm etiam absolutè in omnem casum deficientiæ dictorum filiorum & descendentes dicti Petri Angeli Çapila.

4 Tertium & vltimum consistit in expositione eius- dem voluntatis dicti testatoris, asserendo, dicto casu, sub- stitutiones prædictas (dato quod illæ locum habere po- tuissent) non fuisse fideicōmissarias sed vulgares, & vbi di- ci possent fideicommissariæ, quod non fuerunt passiuè substituti dicti descendentes, nec illæ possent habere locum in fauorem filiarum testatoris (vt præfertur) & descen- dentes illarum;

5 Et vt per singulos articulos prædictos nos feliciter percuramus; sigillatim & ad aduersum illis satisfaciemus.

A R T I.

judinonit

ARTICVLVS I.

3

6 Ad primū accedentes, licet stabilita sit regula in Catha-
 lonia, quòd non possit, perfectā donatione in capitulis nu-
 ptialibus, fieri retrodonatio, cessio, & quæcunque alia pacta,
 in præiudicium hereditamenti; iuxta dispositionē Const. *A foragitar. fraus.* tit. de promesa de dot. quam exornat la-
 tissimè Font. de pactis, clau. gl. 9. prim. ar. 6. Cancer varia-
 rum gl. 1. cap. 8. n. 58. Peguer. tom. 2. decis. 63. & idem Font.
 decis. 581. tota: Nihilominus præter limitationes quas ad-
 ducunt dicti practici dispositionis prædictæ, & alias quas
 iuxta ius commune adducunt quamplures alij exteri Do-
 ctiores, dicimus quòd nos non versamur in terminis dictæ
 dispositionis constitutionis *A foragitar. fraus*, quia pacta
 & vincula apposita per dictum Bernardum Severum Çapila
 donatorem in suo testamento, virtute dispositionis, & fa-
 cultatis commissæ per dictum Petrum Angelum Çapila do-
 natarium patri suo, nullatenus sapiunt retrodonationem, nec
 facta fuerunt in præiudicium dicti hereditamenti.

videtur in...

7 Pacta autē quibus conceptum fuit hereditamentum
 factum per dictum donatorem in primis capitulis nuptiali-
 bus dicti Petri Angeli Çapila, celebratis die 28. Maij 1619.
 contemplatione matrimonij, quod contraxit cum Isabella
 Brisuega, sunt sequentia ibi:

8 *E mes li fan la dita donacio ab tal parte, vin-
 cle, y condicio, que lo dit Pere Angel Çapila donatari
 haja, è sia tingut de dispondre entre vius, ò en darrera volun-
 tat de tots los dits bens seus ò drets donats, entre fills y fillas seus
 de llegitim e carnal matrimoni procreats, ò à aquell ò aquells
 segons que ell volra, è ab los pactes, vincles, condicions que ell
 volra.*

9 Verba autem secundæ donationis factæ in secundis
 nuptialibus capitulis dicti Petri Angeli Çapila, actis die 15.
 Iulij 1522. contemplatione secundi matrimonij, quod con-
 traxit cum nobile Isabella Tamarit, sunt sequentia ibi.

4
Primerament considerant lo dit Magnífich Pere Angel Çapila que ab carta rebuda per lo Mateix sota scrit Notari à 28. de Maig 1519. en los capitals matrimonials fets è fermats per raho del matrimoni cõtractat entre ell de vna part, è la Senyora Isabell de Brisuega, quõdã primera muller sua de la pare altra: per lo Magnífich Mossen Bernat Seuer Çapila, è la Senyora Eleonor muller sua, Pare è Mare seus li fou feta donacio, ò heretament vniuersal dels bens llurs ab certs pactes, vincles è condicions entre altres, que lo dit Pere Angel Çapila donatari aja è sia tingut de dispondre entre vius, ò en darrera voluntat de tots los dits bens è drets donats entre fills è filles seus de legitim è carnal matrimoni procreats à aquell ò aquells, segons que ell volra elegir ab los pactes, vincles, è condicions que ell volra segons que en dita donaciõ es axi contengut. E com ell en temps del present matrimoni à ell donat com dit es per los dits Pare è Mare seus, usant en altre de la facultat de dispondre à ell concedida per parte special, en lo contracte del present matrimoni, lo qual parte estipula lo Notari deu alle scrit per tots los qui pretèder pugan qualseuol dispositiõ que ell entre vius ò en darrera voluntat fassa à fills ò filles seus de legitim è carnal matrimoni procreadors sia feta è entesa, è esser feta ab los pactes, vincles, è condicions següents, è no altrament. Ço es que qualseuol que succeſca en dits bens, no pugan aquells vendre, alienar ni abligar, sino donchs no era per donar dot à llurs fillas legitimas y naturals. E mes auant que los dits bens ſian subjectes als vincles ò fideicommissos que lo dit Mossen Bernat Seuer Çapila è la dita Senyora Eleonor Pare è Mare seus, ò lo sobreuiuint de ells, als fills legitims y naturals del dit Mossen Pere Angel apposar los volra en son testament; posant empero primer lo dit Mossen Bernat, è Senyora Eleonor muller sua per tots fills, ò altres descendents legitims è naturals del dit Mossen Pere Angel son fill: car lo dit Mossen Pere en virtut de la dita facultat ara per las horas, ò à las horas per ara apposa los dits vincles y fideicommissos que lo dit Senyor Pare en son testament apres de fills, filles, è altres descendents del dit Mossen
Pere

Pere Angel apposats seran ; romanent empero totas las cosas
en los diis capitols contenguda, en sa força y valor.

10 Ex quibus clausulis deducitur Bernardum Severum
Capila in primis capitulis matrimonialibus filij sui contēpla-
tione dicti certi & indabitati matrimonij, dedisse omnia bo-
na sua, cum retentionibus ibi expressis, dicto Petro Angelo
filio suo, cum pacto quod inter viuos, vel in vltima volūta-
te disponeret de dictis bonis donatis in fauorem filiorum
suorum de legitimo & carnali matrimonio procreando-
rum, cum pactis, & conditionibus illi benè visis.

11 Desumitur etiam, quod idem Petrus Angelus Capila
in secundis nuptialibus capitulis contemplatione dicti se-
cundi matrimonij, pacto expressè inito, inter contrahentes
vtendi facultate superius ei attributa, vincula apposuit filiis
& descendentibus eiusdem, cum alienationis prohibitione
bonorum prædictorum (dempto casu dotationis filiarum)
nempe illa quæ quidem apponere voluisset, seu ap-
poneret dictus Bernardus Severus Capila donator in suo
testamento; dummodo primùm ille disponeret in fauo-
rem filiorum, & aliorum descendentium suorum; taliter
quod virtute dictæ facultatis, nunc pro tunc, dicta vincula
pro expressis habere voluit.

12 His suppositis & prælibatis, dicimus, quod dicto-
rum vinculorum appositio nullatenus potest dici retrodo-
natio, nec cessio in præiudicium hereditamenti facti in
primis capitulis; nihil enim retrodonauit dictus Angelus Ca-
pila, nec cessit, sed tantummodo ad effectum deduxit fa-
cultatem ei attributam per donatarium apponendi vincula,
ibi: *Vsant de la facultat, &c.* & ibi: *Nunc pro tunc, &c.*
committendo & præscribendo Patri modum dictorum
vinculorum, ibi: *Posant empero, &c. Mosen Bernat, &c.*
per tot fills y descendents, &c. Qui modus validissimus est, &
in iure subsistens, absque eo quod considerari valeat præiu-
dicium aliquod, nec contrahentibus, nec filiis, quia eo casu,
successores in vim dicti fideicommissi, non dicuntur succes-
fores

fores apponentis vincula, sed ordinantis & committentis; Ita ex Curtio iuniore, Guidone Papæ, Craveta & aliis ad nec eruditè Canc. *var. lib. 1. cap. 1. n. 148. ver. contrarium* consului; vbi punctim subdit, validam esse dispositionem, quod in bonis succedatur iuxta vincula alterius testamenti, ac per consequens iuxta vincula apposita voluntate committentis.

13 Quod est succedere ex dispositione relativa: Receptum enim in iure est, tam in cōtractibus, quàm in vltimis voluntatibus, quòd quis possit disponere quòd bona sua sequantur alterius conditionem & voluntatem, & dicuntur vincula relativa, quæ non minùs valent, quàm cetera, & tunc non tam pendent ex futuro arbitrio alieno, quàm ex arbitrio committentis iam declarato. Ita Molino *de ritu nuptiarum lib. 3. quest. 24. à n. 271. ad 322.* Fontan. *de patris el. 5. gl. 10. quest. 2. à n. 18. & in decis. 172. à n. 1.* Mastrillis *decis. 190. qui à num. 8.* inquit id procedere etiam in contractu & donatione, & sic sepius in maioratibus Hispaniæ disponitur, quòd bona alicuius sequantur bona alterius familiæ iuxta illius dispositionem, vt latè Palæes *de maior. Castillo decis. 50. num. 2.* Peregrin. *de fideicommissis art. 33. num. 61.* Censalius *ad dic. Peregri. pag. mihi 222. vers. adde,* vbi ita loquitur ibi: *Ita quòd expresse per relationem dicatur expresse, ac in specie si in referente fuissent interlata; & ibi inferius: Sic etiam & isto in casu filius non dicitur novum fideicommissum inducere; sed tantum paternam extedere, etiam in bonis propriis; Vnde istud fideicommissum suscipit nomen à patre & non à filio.* Vt latè dicit Mastril. *loc. decis. 190. citat etiam à Ponte, Milanensem, Tuscum, Preuis, & Sarmientū ibi; & seipsum Sensal refert in superioribus ab eo, circa hunc punctum, latiori calamo scriptis.* Addimus etiam Molinam *de Primogen. Hisp. lib. 2. c. 4. num. 10.* Castillo *Sot. mai. contro. cap. 60. num. 6.* Sesse *decis. 55. & 137.* cum aliis per additionatorem ad Molin. allegatis. Latissimè *Cassan, cons. 56. & 57.*

7

14 Quod autem vincula apposita per Bernardum Seuerum Çapila, nō capiant robur, nec effectum à sola Bernardi Seueri Çapila voluntate, sed præcipuè à voluntate, & dispositione actuali dicti Petri Angeli Çapila, desumitur, *ex l. vnam ex familia, §. 1. de legatis 2. vbi electus non dicitur habere rem ab eligente; sed ab eo qui electionem fieri mandauit, prosequitur Fusar. de subiti. quest. 511. num. 2. § 3. & q. 274. num. 5. § seq. Fontanel. tom. 2. decis. 467. nu. 12. § seq. Tondut. Sanleg. quest. ciuil. cap. 50. nu. 33. § 34.*

15 Vnde totum tribuendum est Petro Angelo Çapila disponente, & committente vincula, modo à se præscripto, & declarato.

16 Præterea, quod dictus Bernardus Seuerus Çapila cōformauerit se cū voluntate, & dispositione dicti Petri Angeli, eundem insequendo modū, & facultatem sibi per dictū Petrū Angelū Çapila cōmissā, dum vincula apposuit: ipsemet declarauit expressè, dū dixit, ibi: *Mes auant, per quant en la donacio per mi feta al dit Perot Angel Çapila, en capitols matrimonials fets en poder del discret en Ioan Vilana, à 28. del mes de Maig 1519. son estats donats los bens al dit Perot Angel Çapila, ab certes condicions, entre altres hi es, que cū dit Perot Angel Çapila sia tingut de dispondre de tots los bens à ell per mi donats, tant per donacio entre vius, com en darrera voluntat entre fills, y fillas seus, de legitim, y carnal matrimoni procreats, aquell, ò aquells, è segons que ell voldrà, ò elegirà, ab los pactes, vincles, y ordinacions, que ell voldrà, & ibi: V sans de la facultat à ell dit Perot Angel Çapila conferida, y donada, &c. & infra: T encara de la que per lo dit Perot Angel Çapila mes estada conferida, y donada en dits segons capitols matrimonials, vall, y orden, &c.*

17 Ex quibus inferimus, dictum Bernardum Seuerum Çapila exequutū fuisse tantum voluntatem dicti Petri Angeli; ita vt ex tunc dispositio prædicta habuerit effectum, ac si dictus Petrus Angelus Çapila eandem fecisset dispositionē; Quis ergo dicet hanc vinculorum appositionem esse contra
Consti-

Constitutionē, *A foragitar fraus* ? cū nihil detraxerit de hereditamento, nec fraudis suspitione obumbratur, nec reus facta fuerit donatio, quæ sunt fundamenta nobilis aduersantis.

18 Præterea considerandū est, quod dicta donatio, seu hereditamentum in primis capitulis, facta fuit contemplatione, non indeterminati, sed certi illius matrimonij, & cum certa, & determinata vxore Elisabæthe nempe Brisuega, interuenientibus parentibus, & consanguineis dictæ Elisabæthæ, quæ aliter non contraxissent; & ita eorum pacta pars fuerunt contractus, & cum ipsa confusa, vt benè notat Vincent. de Franch. *decis. 205.* Gratian. *disceptat. 924.* multos cumulat Augustin. Barbosa *voto decisum. 126. lib. 3. nu. 102.* Fontan. *claus. 4. glos. 9. par. 1. num. 32.* Leo *decis. 137. num. 20. lib. 2.* Rota recent. *par. 7. decis. 114. num. 1.* Tondut. Sanleger. *civil. quest. 55. num. 10. § 11.*

19 Rationem assignant, quia huiusmodi donationes censentur prius tractatæ, & pactatæ inter virosque soceros, & generos, & inter cōsanguineos ex vtraq; parte contrahentes, quibus in peragendis, parentes patrimonialia sua enarrantes amplas elargiuntur dotes, & filiabus constituunt suis, aliàs non elargituri, vt punctim ponderat Fontanella *d. clau. 4. glo. 9. par. 1. num. 33. & claus. 5. glo. 3. a num. 57.* Cassana. *cons. 56. num. 37.* & hinc pars, & portio dicitur esse huiusmodi donatio, vt ait Canc. *var. par. 1. cap. 8. nu. 34. & par. 3. cap. 2. n. 218.* Gratian. *d. discep. 924.* Botiller *de success. ab intestat. theor. 105. lib. 2. num. 31. in princip.* Molina *de Hispa. primogen. lib. 4. cap. 2. num. 18.* Peguer. *decis. 22. tom. 2.* Fran. à Ponte *de potest. pro-regis tit. de assen Regio,* Fontanel. *d. cla. 4. glo. 28. n. 1.* qui subdit, onerosam ad id habere causam, quæ omnia eleganter cumulans expendit Regens, Leo *decis. 12. num. 12. cum seq. to. 3.*

20 Considerandum quoq; est ad confirmationem prædictorum, quod hereditamentum prædictum, & eius pacta fuerunt appositæ tantum in fauorem filiorū illius matrimonij, & nihil fuit cogitatū de secundis nuptijs, quo casu licet
inter

9
interpretaticos nostros sic controuersum; an simpliciter facta donatio in capitulis matrimonialibus filio cōtrahenti, & filijs illius, non exprimendo ex hoc matrimonio, an censeatur facta donatio tantum filijs ex illo matrimonio; an verò comprehendat etiam filios alterius coniugij: Tamē pede fixo, noster Fontanel. defendit *clau. 4. glo. 9. par. 1. ex num. 19.* ubi plures latè refert pro sua stabilienda opinione, & Molin. *de rit. sup. lib. 3. quest. 11. per totam*, filios tantum primi matrimonij esse comprehensos, & illis ex dicta donatione ius tantum dari, & non alijs secundi matrimonij.

21 Verum nos versamur in claris, & extra omnem aleam, quia in nostro hereditamento, & in corpore ipsius, leguntur verba taxatiua, limitatiua, ac restrictiua ipsius tantū primi matrimonij, vt apparet ex illis verbis, ibi: *Primerament los dits magnífichs mossen Bernat Sever Capila, è senyora Eleanor muller sua, pare, è mare del dit Pere Angel Capila, per esguart, è contemplacio del dit matrimoni, &c.* Et infra in clausula retentionis vsusfructus, circa finem: *Donat à ell per causa del present matrimoni.*

22 Quibus extantibus verbis, communi Doctorum calculo, recepta est sententia, quod huiusmodi hereditamenta, & pacta non comprehendunt filios secundi matrimonij, imò filios tantum primi matrimonij amplectuntur, quamuis donator sit auus, vel ascendens, in quibus par affectio dilectionis animaduertitur: quia ex verbis illis restrictiuis, affectio dilectionis restringitur, ac coarctatur ad filios illius certi matrimonij, quia verba ista, *ex hoc*, vel presenti matrimonio, sunt exclusiua aliorum, vt benè pōderat in terminis Morosius *conf. 32. num. 20.* Surd. *conf. 55. num. 15. & 16. vcl. 1.* Bartolus, Socinus, & alij relati per Parisium *conf. 52. num. 28. lib. 2. & conf. 91. num. 26. lib. 3.* Mantica *de coniecturis lib. 4. tit. 10. nu. 2.* Niger *Cyriac. contr. for. lib. 3. contro. 497. nu. 4.* & terminanter etiam donationis factæ per patrem filio, & eius filijs ex certo, & determinato matrimonio nascituris, nostram tutantur sententiam Caldas *Pereyr. de iure emphy. par. 3. q. 13.*

ex hoc, etn.

10
de potest. eligendi lib. 3. cap. 12. num. 33. § cap. 14. n. 1. ubi
tos allegat Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 11. per totam, sig. 1.
ter ex num. 4. Decian. conf. 44. num. 51. lib. 4. Gamma decisio.
382. in fin. Fontanel. d. glo. 9. par. 1. ex num. 19. ubi in num. 38.
in fine, adeo hanc veram opinionem censet, ut ausus sit af-
firmare, quod ipse consultus non posset cum opinione Ca-
cerij causam periculo fortunæ committere.

23 Et hæc nostra veridica sententia confirmata,
& canonizata remanet in nostro Senatu peregregio in illa
causa Masmitjà, & Mas Oliueres, relata ab ipso Fontanella
d. glo. 9. par. 1. num. 36. ibi: *Ac propterea illos indefinite vocan-
do omnes simul, & aequalibus partibus, vocare voluisse, ubi
ponderamus dictionem illam, indefinite eos vocando, quasi
solum eo casu, intret affectio auita erga nepotes, quod in
eadem causa fuit melius explicatū, licet non ita referat Fō-
tanella, ibi: Tamen constat in hereditamento predicto vocatos
fuisse nepotes Damiani, & Ioanna ex filio donatario, nulla ei
eligendi facultate tributa, nullo etiam constituto discrimine, an
ex matrimonio tunc contracto, an ex alio impostero forsan
contrahendo, nascerentur; Hæc Senatus.*

24 En ergo quomodo Egregius Senatus maximā vim
fecit in verbis, *ex hoc matrimonio*, quæ, si in illa causa expres-
sa fuissent, nullatenus filios secundi coniugij comprehensos
iudicaret.

25 Roborantur superius à Doctoribus firmata, in no-
stro casu. Primò, quia in primis nuptialibus capitulis Petri
Angel Capila fuit facta donatio filijs ex eo matrimonio nas-
cituris; igitur ipsi fuerunt tantum expressi, & inclusi, ac per
consequens filij alterius matrimonij exclusi, *ex vulg. reg.
quod inclusio vnius, exclusio est alterius, l. cum Prator de re iu-
dic. l. maritus 21. Cod. de procur. Surd. decis. 195. num. 12. Me-
noch. conf. 41. à num. 9. maximè cum donatio sit stricti iuris
& sic strictius, & quanto minus donare voluisse donatorem
censendum sit, l. cum de indebito. ff. de probat. Mantica de ta-
cit. § ambig. conuen. lib. 13. tit. 9. per totam. Mascard. de proba.
concl.*

conclusio. 555. utique si voluisset comprehendere filios etiam secundi matrimonij procreandos, expressisset, ut in specie, ita arguit Roland. Cauagnol. *in obser. ad cons. 40.* Menoch. *lib. 1. num. 18.*

26 Quod in dispositione quantumuis favorabili indistinctè procedit, ut nec etiam ex coniecturata mente disponentis, præsertim in contractu, admitatur extensio de persona ad personam, arg. *l. quoties de heredi. instit.* Cassan. *cons. 4. num. 59.* § 67. § *cons. 55. num. 54.* Peregrin. *de fideicom. arti. 28. num. 22.* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 4. num. 4.* Mantica *de tacitis lib. 3. tit. 1. num. 4.*

27 Secundò ex dictione illa, *ex hoc*, quæ denotat causam immediatam, & proximam, *l. 1. §. ex incendio, ff. de incendio naufragio, § ruina,* Decian. *cons. 3. num. 7. lib. 1.* plures more solito cumulat Barbosa *dictio. 115.* Item causam denotat limitatam, ac proinde limitatum debet terminare effectum, *l. in agris, ff. de acq. rer. dom.* Surd. *cons. 55. num. 15. lib. 1.* Menoch. *lib. 4. præsum. 21. num. 10.*

28 Tertio, quia hæc donatio, seu hereditamentum, quod fit contemplatione certi, & determinati matrimonij, & filijs ex eo procreandis, non est pura, & simplex donatio dimanans ex mera liberalitate, & donantis affectione, ita ut dici possit eandem habere affectionem erga omnes nepotes, tam primi, quam secundi coniugij, quod non fuit ausus exprimere nobilis aduersans; sed est donatio ob causam non equidem impulsiva, sed finalis, ipsum enim matrimonium fuit causa finalis huiusmodi hereditamenti, cuius fuit effectus, ut Auis donans aliàs non fuisset donaturus ex pacto ambarum partium præcedente: igitur non potest talis donatio extendi ultra fines matrimonij, cuius causa facta fuit.

29 Probatum antecedens; quia causa finalis illa dicitur, quæ ita voluntariè disponentis animum excitat, ut si ea non esset, dispositionem, seu actum illius, minimè faceret; ad differentiam impulsivæ, quæ ad faciendum, seu disponendum animum mouet iam determinatum, ita Gratian. *discept. 96.*

*causa finalis
et impulsiva*

num. 40. cum seq. Cæsar Barzicus *decis.* 79. nu. 33. § 34. *Mentica de iacit.* tom. 1. lib. 3. tit. 12. ex num. 16. Capicius *Latro decis.* 160. num. 9. consequenter igitur causa matrimonij in specie dicitur finalis, nam si paterno amore donasset pater antea executioni demandasset dictam donationem, non expectans matrimonij occasionem, & sic cum tale tempus taloque occasionem donandi affectet, signum est evidens, matrimonium, causam finalem fuisse, & ita in specie, quod quoniam donatio facta est contemplatione certi, & determinati matrimonij, tunc causa dicatur finalis, & non impulsiva, docet Menoch. *conf.* 723. num. 15. Thesaur. filius *lib.* 3. q. *forens. ques.* 89. num. 4. Peregrin. *conf.* 78. num. 9. lib. 3. Hodierna ad *Surd. decis.* 322. num. 11. Castillo *tom.* 5. *contr. par.* 2. *cap.* 119. num. 16. per totum, Cyriac. *contr.* 270. cum pluribus alijs, quos refert, & sequitur doctissimus Botiller *de succes. ab intest.* *cap.* 2. *theo.* 104. num. 6. Fontan. *claus.* 4. *par.* 1. num. 30. cum nostri Senat. *decisione.*

30 Consequentia autem patet, quia de natura causæ finalis est, ut ea cessante, cesset effectus, *cap. cum cessante de appell. l. adigere de iure patronatus*, Barbof. *axiom.* 40. num. 45. § seq. Botiller *qui supr.* num. 5. *vers.* Ita ut dispositio.

31 Quare si tale matrimonium, cuius contemplatione donatio facta fuit, non sequatur, donationem evanescere, tenent Canc. *var. lib.* 3. *cap.* 7. num. 114. Mestril. *decis.* 211. nu. 14. & 15. multis relatis Fontanella *d. clau.* 4. *glo.* 1. à num. 50. ubi ita decisum refert.

32 Ex quibus concludimus, quod nostra donatio, & hereditamentum, cum fuerit factum contemplatione certi, & determinati matrimonij, quod tantum filios ex eo procreandos amplexum fuit; minimèque ius ex illo quæsitum fuisse alijs filijs alterius matrimonij.

33 Cumque soluto dicto matrimonio per mortem Elisabethis Brisuerga nullis remanentibus filijs illius matrimonij, extincta fuerit causa finalis. Igitur licuit dicto Petro Angelo Capila donatario, pacta, & vincula committere dicto

Bernar-

Bernardo Seuero Capila, absq; eo, quod filij secūdi matrimo-
 nij potuerint cōqueri; nec allegare quod dicta cōmissio fuerit
 facta in fraudē dictę Constitut. *A foragitar fraus*, cum tem-
 pore dicti secundi matrimonij nō superessent filij ex eo, quo
 casu licitum est donatario consentienti committere, &
 tribuere pacta apponenda donatori, quę aliās subicerentur
 dispositioni Constitutionis, *A foragitar fraus*, vt benè ani-
 maduertit Fontancl. *decis. 581. num. 18. ibi: Sequitur, quod fi-
 lio consentiente, idem fore iudicandum, ac si omnes consen-
 sissent: Constitutiones nostra non sunt tam rigida, quin genera-
 liter de consensu interesse habentium, possit in aliquo certo casu
 eis derogari, sed melius & proprius possit dici, imò debeat, dato
 consensu pradictorum, nō procedere illas, nec locum habere; pro-
 ut in certis casibus notabilibus, tradit Canc. in 3. part. cap. 3. de
 privilegijs à num. 342. cum seq. & cap. 9. num. 19. idem Canc.
 in dict. cap. 3. num. 120. de quo puncto ibi tractatur, & de isto egi
 etiam *decis. 217. num. 4. & num. 29. ibi: Vbi contingeret deim-
 de mori uxorem filij, sine filijs, & descendentibus, de quorum
 interesse posset apparere ad similitudinem eius, quod diximus
 quando sunt hac consentientibus omnibus interesse habentibus
 ab initio; cum enim tunc nulli fiat fraus, sed apud eos, qui habēt
 interesse declaretur, nō videtur intrare Constitutionē. Idem te-
 net strenuè noster Canc. par. 2. cap. 2. à num. 223. ad 230. vbi
 pluribus medijs, & efficacissimis rationibus, hanc, neruosè,
 defendit sententiam.**

34 Nec obstant dicta latè ex aduerso in suo iuris respō-
 so à num. 31. ad seq. præcipuè illa, quæ dicit, quod non licuit
 dicto Petro Angelo Capila facultatem eligendi, seu vincula
 apponendi Patri donatori committere, seu cedere, vt perso-
 nalissima dicto Petro Angelo tributa, vt inde nullus alius, ni-
 si Petrus Angelus Capila potuerit, vtens dicta facultate, eli-
 gere, & vincula apponere.

35 Quia respondemus negando. Primò, dictum Petrū
 Angelum Capila cessisse dictam facultatem, & ius eligendi;
 quia ipse met donatari⁹ vtēdo dicta eligēdi facultate sibi tri-
 buta,

¹⁴
buta, actualiter disposuit, & vincula apposuit, ibi: *Car lo dit mossen Pere, en virtut de la dita facultat ara per les hores, o a las horas per ara, apposa los dits vincle, y fideicomissos.* &c. PRO
vt latius diximus supra.

36 Secundò respondetur, quod vbi talis facultas effect personalis, quod dicimus citra veri præiudicium, nihilominus, pacto potuit fieri cessibilis, pro vt pacto expresso, ita inuito in nostro casu, factum fuit: vt cantant verba illa secundorū capitulorū, ibi: *Per pacte especial en lo cōtracte del present matrimoni, lo qual pacte stypulà lo notari,* &c. Ita Doctores in *l. 1. Cod. de pactis*, vbi per illum textum ita limitant, & regulant, quod ius personale pacto fieri potest cessibile, Peregrinus de *fideicom. artic. 31. num. 31.* Anton. Fab. in *Cod. lib. 2. tit. 3. dist. 5.* Anton. Gomez *var. lib. 1. cap. 12. n. 52.* & ibi eius additionator Ayllon de Laynez pluribus ibi citatis, Castillo de *usufr. cap. 62. num. 4.* Olea de *cess. iur. tit. 3. quest. 5. num. 16. & 20.* Gutierrez de *iur. confirmat. par. 1. cap. 25. à num. 1.*

37 Ex quibus abundè, & plenè satisfactum remanet dictæ aduersantis obiectioni.

38 Et tandem vbi aliqua difficultatis superesset vmbra, illā facilius euanesceret tolerātia, taciturnitas, obseruantia, & approbatio vinculorum appositorum per dictum Bernardū Seuerum Çapila, de quibus agitur, tam per dictum Petrum Angelum Çapila donatarium; quàm per illius filios, cum nō constet hæctenus conquestos fuisse, nec de nullitate dixisse prædictorum vinculorum; nam Bernardus Seuerus Çapila obiit de mense Maij 1530. & dictus Petrus Angelus Çapila donatari⁹ vita functus fuit de āno 1560. & sic supervixit (tacendo) patri 32. annis: Imò obseruatum fuit dictum fideicommissum cum dictis pactis, & conditionibus: Quæ obseruantia taciturnitas, & approbatio in omnem euentum firmitatē dictæ testamentariæ dispositioni tribuissent, ita vt nō potuerit nobilis aduersans de nullitate nunc dicere, nec conqueri, ad tradita punctim per Canc. *var. lib. 3. cap. 2. à num. 226.* &
quo ad

quo ad obseruanciam vidend. Cassanat. *conf. 10. num. 208.* ¹⁵
conf. 35. num. 22. & *conf. 44. num. 33.* & *conf. 45. nu. 144.* ⁵
Ramon *conf. 62. num. 5.* Farinac. *decis. 169. par. 1.*

39 Ex quibus abundè, & plenè enervata remanet præ-
tensio nobilis aduersant, quo ad primùm medium.

A R T I C V L V S II.

40 **Q**uo ad secundum medium, quo nobilis aduersās
nititur ostēdere, quod noster testator vbi potuif-
set, noluit tamen vinculum apponere perpetuum, vt nos
prætendimus, respondendum duximus. Et vt clariùs enervare
valeamus dicti nobilis aduersantis prætensionem, de-
creuimus clausulam contentiosam ad longum hic inferere,
quæ est tenoris sequentis.

41 **M**ES auant, per quāt en la donacio per mi feta al dit
Perot Angel Çapila en los capitols matrimoniais fets
en poder del discret en Inā Vilana notari à 28. del mes de Maig
1519. son estats donats los bens al dit Perot Angel Çapila, ab
condicio, y pacte, que sia tingut de dispondre de tots los bens a ell
per mi donats, tant per donacio entre vius, com en darrera vo-
luntat, entre fills, y fillas de legitim, y carnal matrimoni procreats
aquells, ò aquellas, è segons que ell voldrà, è elegirà ab los pac-
tes, vincles, y ordinacions, que ell voldrà, è aposar los voldrà: E
com en los altres capitols del segon matrimoni del dit Perot An-
gel Çapila, fets en poder del dit Vilana notari a 15. de Iuliol 1522
usant de la facultat à ell cōferida, y donada en dits primers ca-
pitols, baja volgut, que qualsevol donacio per ell fahedora, tant
entre vius, com en darrera voluntat à fills, è a fillas seus, si an
entesa a effer feta ab los vincles, ò fideicōmissos, que jo, è la di-
ta senyora Eleonor muller mia, è mare sua hauem volgut posar
en nostres testaments. Per cōusant jo de la facultat vers mi de-
tinguda en los dits primers capitols, y encara dels que per lo dit
Perot Angel Çapila me es estada inferida, y donada en dits se-
gons capitols matrimoniais, vull, y orden, que donant lo dit Pe-

rot Angel Capila dot a las fillas suas, ò heretant fill, ò fills, ò fillas, ò succebit algu, ò alguns, è com los dits fill, o fillas, ò fillas en testat, ò en altra qualseuol manera, vull que tot ço, è quant los serà donat, ò tot lo que auan succebit en qualseuol manera, lleuada la legitima, sia vinculat, ò sia subiecte a vincle, ò fideicommiss a tots los fills, y fillas de dit Perot Angel Capila, y encara a tots sos descendents nats legitimament, y de legitim, y carnal matrimoni procreats, succebit en tots los dits bès per mi donats per orde de successio, protestant expressament, que ninguna de lass propietats, que après mon còrte vindrà en ma y poder del dit Perot Angel Capila, ò de sos fills descendents no pugan esser empenorades, ò alienades per qualseuol via, raho, ò causa voluntaria, ò forçada per urgent que sia per dit Perot Angel Capila, ni per fills, è descendents seus, ans totas vull sian subiectes als vincles, y fideicommissos posats per mi en lo present meu testament.

E mes vull, que fill, ò filla descendent del dit Perot Angel Capila, a qui de dret poria venir dita successio, essent en orde de Religio, no puga deixar, ni donar al Monestir de hont serà Religio, ni altre Monestir no puga succehir en los dits bès, nis pos en lloch de fills, ni en altra manera, car expressament vull q̄ los fills, ò successors del dit Perot Angel Capila, eo los que succehiràn en los dits bens, y heretat mia, en tot ò en part, sian legitims y de legitim, y carnal matrimoni procreats del dit Perot Angel Capila, ò de sos fills, ò fillas, ò descendents de aquellas, ò altres en lo present meu testament mencionats.

E si era en cas, lo q̄ Deu no vulla, q̄ lo dit Perot Angel Capila moris quāt q̄ quāt sens fill, fills, filla, ò fillas de legitim, y carnal matrimoni procreat, ò procreats, è si morrà ab tal, ò tals fills, ò fillas, q̄ no peruinguessen a edat de setze anys, ò si dits fills, ò filles morien sens fills, ò encara si descendents nos trobassen quāt que quant del dit Perot Angel Capila descendents legitimamēt de legitim, y carnal matrimoni, vull que en qualseuol dels casos demunt dits, que los dits bens per mi donats al dit Perot Angel Capila sien partits entre las ditas tres fillas mias, è a Eleonor Vilana

17
tana de Monrodon, Geronima de Paguera, y Estephania de
Gualbes per iguals parts, y en dits cas, o casos, substituesch las
ditas fillas mias als altres demunt dits, y a mi heremas insti-
tuesch per iguals parts en dits bens, E si serà cas, que si alguna,
o algunas de ditas fillas mias morien sens infant, o infants, sub-
stituesch a la dita filla, o fills meus marmessors la dita Anna,
las duas otras fillas mias per iguals parts, è si noy havia sino u-
na filla de las ditas tres fillas mias, vull que tot sia de la dita filla
mita sobreviuint, substituint la una a las otras, en dit cas orde-
nant, y volent, per escusar caducitat en lo present meu testamēt,
lo qual no vull que en ninguna manera pugua esser, vull, y ordē,
que seguísse lo cas, ò casos demunt expressats, è tota la hora,
quant la successio de la dita mia heretat haurà a venir a las di-
tas fillas mias, ò los substituïts mencionats en lo present meu tes-
tament even premortes, ò mortes, ò ere premort, hauent deixat
fill, ò fillas, ò descendents de llegitim, y carnal matrimoni pro-
creat, ò procreats, vull, que tal fill, ò fills descendents, succebes-
ca, ò succebescan en lo lloch de la dita filla, ò fillas mias, ò altra
mencionat, ço es aquell, ò aquells, que la tal senyora filla, ò fillas
mias, ò altres persones anomenades, ò mencionades, hauràn ele-
git en hereu, ò hereus, substituit, ò substituïts ab llurs testaments
ò en altra manera ab intestat aurà succehit a las ditas personas
premortas, E si era cas, que ditas filles mies even premortes sens
fill, ò fills de llegitim, y carnal matrimoni procreat, ò procreats,
vull que no trobantse fill, ò fills, ò descendents de llegitim y car-
nal matrimoni procreat, ò procreats, la dita mia heretat sia y vin-
ga, a mossen Francesch Fiualler nebot meu, si viu serà, sino a
fill, ò fills descendents sens de llegitim, y carnal matrimoni pro-
creat, ò procreats, ço es, aquell, ò aquells, que ell dit mossen Frã-
cesch Fiualler aurà instituit, ò substituit hereu en sos bens: E mes
vull, y orden, que si per preus, ò per altre qualsevol occasio força-
da, ò voluntaria alguna de ditas fillas mias, fills, ò hereus llurs, ò
altre substituit en ditas cosas, fermaria en alguna alienacio de
ditas propietats, eo altres bens meus, eo renunciava en tot, ò en

C part

part als vincles per mi en favor de ells posats, vull, q̄ en tal fer-
ma, ò renunciacio encara que fos feta per via de donacio, ò tra-
sactio, ò permutacio corroborada ab jurament, o per altre qual-
sevol via, no vull q̄ valega, ni sia de efficacia alguna, ans vull
que lo tal que tal farà transigint, permutant, o en altra manera
contrafahent a la present mia ordinacio, vull, q̄ lo dret de aque-
lla sia transferit al altre, que après del qui tal farà serà cridat
en lo present meu testamēt; volent hi sien tots compresos del dar-
rer fins al primer inclusive, è si tots los cridats en lo present meu
testament, venian a condecendre, y complaure al dit Perot An-
gel Çapila fahent contra la mia prohibicio, y ordinacio, vull, que
tot lo dret de tots en lo q̄ seria donat, renunciat, è transigut, o per-
mutat, sie acquisit al Hospital de Santa Creu de Barcelona, è si
per los administradors del dit Hospital sobre ditas cosas ere fet
pacte algu renunciant, transigint, permutant, o venent tal ven-
da permuta renunciacio, o transactio, no vull haje valor, ni lloch
algu; ans en tal cas priue lo dit Hospital del dit dret, y vul sie tra-
sferit a la almoyna de la Seu de Barcelona, &c.

ad hunc realit et perpetua
42. Ex hac longa contextura dicti testamenti, desu-
mitur. Primò, dictum testatorem instruisse vinculum reale,
& perpetuum, in favorem filiorum, & descendentium dicti
Petri Angeli Çapila, quod ex litterali dispositione cernitur in
illis verbis clausule, ibi: tot lo en que bauran succehit, en qual-
sevol manera, &c. & ibi inferius: ans totas vull, &c.

43. Secūdo desumitur voluisse testatorē, quod deficientib⁹
filijs, & descendentibus dicti Petri Angeli Çapila, vel cum
talibus, qui ad ætatē 16. annorū nō pervenissent, bona do-
nata pervenirent ad tres filias dicti testatoris, nēpe ad Eleo-
norem Vilana, Hieronymam Peguera, & Stephaniam de
Gualbes, æquis partibus, & portionibus, pro vt legitur in
clausula illa: E si era en cas, &c.

44. Tertio, quod deficientibus dictis filiabus, vel aliqua
ex eis sine infantibus substituit sic morienti, vel morientibus
superstitem, vel superstites, vt desumitur ex illa clausula: E
si era en cas, que alguna, &c.

Quar-

45 Quartò, quod vitanda esset caducitas perpetuò, ibi: *La qual no vull, que en ninguna manera pugja esser, &c.*

46 Quintò, vocauit filios, & descendentes filiarum in casu iniquo illæ fuissent præmortuæ tēpore delationis dictæ successione earum, ibi: *in vers. vull, y orden, que seguinise lo cas, &c.*

47 Sextò, quod eo casu succederent illi filij, aut descēdentes, quem, vel quos ipsæ filix, aut aliæ personæ elegerint, instituerint, aut substituerint, vt legitur ibi in dicto versic. *E tota hora, y quant la successio, &c.*

48 Septimò, quod deficientibus filijs, & descendentibus dictarum filiarum legitimis, & naturalibus, succederet Franciscus Fiualler nepos, siue nebot dicti testatoris, & eo præmortuo, filij eiusdem, ille scilicet, quem dictus Fiualler instituisset, vel substituisset, pro vt legitur in versic. *E si era cas, que ditas fillas mias, &c.*

49 Octauò, prohibuit omnibus institutis, & substitutis alienationem bonorum, ibi in principio clausulæ: *Prohibint expressament, &c.* Et in fine clausulæ prædictæ vniuersalis, ibi: *E mes vull, y orden, que si per prechs, &c. volent hi sien tots compresos, &c.*

50 Nonò, exclusit religiosos à sua successione, vt legitur in illis verbis: *E mes vull, que fill, o descendants, &c.*

51 Ex quibus omnibus satis satisq; cōvincitur resultare prædictum fideicommissum reale, & perpetuum, à nobis propositum.

52 Euenit, quod mortuo testatore superstites remāserunt ei dictus Petrus Angelus Çapila, & tres supra nominatæ filix.

53 Mortuus postea fuit dictus Petrus Angelus, relicta Elisabethe filia, quæ nuptijs Honoffrio Çalbà, & in secundis nuptijs, cum nob. Francisco Argensola.

54 Ex dicto Honoffrio Argensola, & Elisabethe procreatus fuit Hieronymus, qui fuit religiosus Diui Hieronymi Vallis de Hebron, cum quo defecit linea descendentium

dicti Petri Angeli Çapila.

55 Eo tempore, quo emisit professionem dictus Hieronymus Çalbà, iam erant mortuæ omnes dictæ filia Bernardi Seueri Çapila, sed ex Stephania reperti fuerunt; superstites don Franciscus de Rocaberti, filius, & heres domnæ Annæ de Rocaberti vxoris don Petri de Rocaberti, & nepos dictæ Stephanie, qui decessit absque liberis, & don Phedericus Vilana, filius domnæ Elisabethis Vilana vxoris don Ludouici Vilana, & nepos eiusdem Stephanie, qui quidem don Phedericus Vilana fuit substitutus dicto don Francisco de Rocaberti eius consobrino per dictam domnam Annam illius amitam, & illius bona fuerunt eidem adjudicata, vt in his, quo ad factum, sunt partes concorditer in confesso.

56 Modo prætendit nobilis Maria Olmera filia don Francisci, & domnæ Elisabethis Argensola coniugum, pro neptis Eleonoris, alterius ex dictis tribus filiabus dicti Bernardi Seueri Çapila, libera possidere bona, quæ fuerunt dicti Petri Angeli Çapila, eo præsertim motiuo, quod dicto Petro Angelo Çapila superuixit dicta Elisabet Çapila illius filia, & neptis dicti testatoris, quæ in secundis nuptijs matrimoniũ contraxit cum nob. Francisco Argensola, & quod etiam superuixit dictus Hieronymus Çalbà filius dictæ Elisabethis, & Honoffrij Çalbà primi viri dictæ Elisabethis, & abnepos testatoris, qui omnes ad ætatem 16. annorum peruenerunt, sicque fideicommissum prædictum conditionale, non purificatis conditionibus, defecisse, & euanuisse; quia filij prædicti, & descendentes dicti Petri Angeli Çapila, non fuerunt passiuè vocati, vt ad filios, & descendentes suos restituere tenerentur dictam hereditatem; imò quod dicta Elisabet eo ipso, quod reliquit filium nempe dictum Hieronymum Çalbà, libera inde habuisse bona, nec ob id, quod fuerit professus in dicta religione, obnoxiam fuisse dictam Elisabethem Argensola restituere hereditatem dicto Phederico Vilana; nec dicto don Francisco de Rocaberti nepotibus siue nets dictæ Stephanie, quamuis superstites fuerint dicto Fr. Hieronymo Çalbà tempore illius professionis.

E con-

130

57 E contrario verò hæc nobilis pars præ tendit ad dictum Phedericum Vilana peruenisse medietatem illius, tam vti descendentem dictæ Stephanix, quàm vti heredem substitutum dicto don Francisco de Rocaberti, iudicio, & dispositione dictæ nobilis Annæ filix dictæ Stephanix.

58 Tota igitur difficultas huius articuli, in tribus præcipuè videtur consistere. Primum, an vocationi prædictæ filiorum, & descendentiũ dicti Angeli Çapila obstat *consil. Oltradadi 21.* ex quo petrus Angelus decessit relicta Elisabere, & ex ista procreavit dictam Hieronymum Çalbà ex primo viro, ut latè deducit nob. aduersans in sua iuris allegatione articulo secundo, & tertio.

59 Secundum, consistit in indagando, an vocatio filiorum, & descendentiũ dictarum filiarũ testatoris, deficientibus filijs, & descendentijs dicti Petri Angeli Çapila, fuerit per vulgarem, an per fideicommissum.

60 Et tertium, an dicta vocatio fuerit tantum actiuè, an passiuè cõcepta, quib⁹ abũdè satisfacimus, ex sequentijs.

61 Quod autem non obstat *consil. Oltradadi*, & quod nõ habere possit locũ in nostra hypothesi; præter quod filij, & descendentes testatoris, nedum fuerunt simpliciter positi in conditione, & conditionaliter vocati, sed dispositiuè; ut diximus supra nu. 42. in clausula vbi voluit expressè testator, quod bona donata perpetuo vinculo, essent obnoxia. ibi: *Tot lo en que hauràn succebis en qual seuol manera, lleuada la illegitima, sie vinculat, &c.* Et ibi: *sien subjectes als vincles, &c.* Et vbi testator clarè loquutus est perpetuum vinculum suis bonis imponendo, filii, & descendentes omnes dicti Petri Angeli Çapila, quod vocati fuerunt per fideicommissum, quamuis sub conditione, si sine filijs vocati, & substituti fuerint: Dicendum est, absque eo, quod ad coniecturas sit recurrendum, cum expressum sufficiat, & tacitum nõ officiat, *vulgata l. cum ex filio, s. filio impubere, ff. de vulga. Surd. cons. 157. num. 22.*

Et

62 Et ubi claram, apertam, & litteralem, non habere-
mus mentem, tot sunt, & inveniuntur coniecturae in dicta
dispositione, ut apertam facerent, & demonstrarent testato-
ris nostri mentem, ut etiam à consil. Oldradi esset receden-
dum; quia concurrentibus coniecturis & illis, urgentibus,
ut in casu nostro, à consilio praedicto Oldradi receditur; Fu-
sar. in cons. 4. lib. 1. & in tract. de substi. q. 480. per tot. Cassana.
in cons. 15. Rota decis. 486. nu. 1. par. 1. recentior. late Radenasc.
cons. 58. num. 39. Censal. ad Peregrin. pag. 179. col. 2. vers. Sed
ego. Amato resolut. 1.

63 Maxime in descendantibus dicti testatoris, nam tunc
leuiiores sufficiunt, Peregrin. cons. 91. num. 34. lib. 1. Bellon. in
cons. 91. nu. 2. & 3. Decius cons. 242. circa fin. Rota par. 1. re-
cent. decis. 195. num. 3. & apud Burat. decis. 408. Caesar Carena
resolut. 34. num. 7. & 32. Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. num. fi.
Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. Sesse decis. 65. num. 6. & 23. Pe-
guer. decis. 102. sub num. 8. Anton. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 11. de-
fin. 1. 2. & 53. Castillo decis. 18. num. 6. & decis. 25. nu. 28. ubi
in prima fuit resolutum ex quatuor coniecturis recedi à Ol-
drado in 2. decis. ex tribus. Mantic. decis. fina. ubi ex sola ra-
tione agnationis tacita collecta ab vna, vel duabus, Griuelli.
decis. 122. 64. & 135. Barzius decis. 1. 4. 5. & 6. Coccin. decis.
267. Seraphin. decis. 137. num. 6. & decis. 939. & 956. Farinac.
decis. 266. tom. 1. & 319. & 361. tom. 3. decis. 344. & est famosa
Rotæ decisio penes Alex. Ludouic. 315. 329. & 337. late Suell-
ues cons. 43. tom. 2. à num. 35. Redenasc. cons. 58. à num. 40.

64 At in nostra dispositione sequentes urgent, & di-
manant fortissimæ coniecturae.

65 Prima est, illa quæ resultat ex vocatione expressa om-
nium filiorum, & descendantium dicti Petri Angeli Capila,
de qua supra proximè dictum est, & quæ rem claram demō-
strat, & per quam recedendum sit à consil. Oldra. sentient
Molina lib. 1. de Hispan. primo. cap. 6. num. 19. Menoch. lib. 4.
presump. 69. num. 10. Cassana. cons. 15. nu. 39. Fusar. q. 480. nu.
15. & seq. Tondut. vol. 1. qq. civil. par. 2. 143. à nu. 1. quia eni-

23
xa voluntas testatoris volentis hereditatem suam perpetuo
fideicommissio conseruari inter descendentes suos, vti Regi-
na (quæ omnia dominatur) præcipuè attendi debet, & sic à
decisione cons. Oldradi recedendum, Redenasc. d. cons. 58. n.
38. Censalius ad Peregrinum pag. 179. col. 2. vers. Sed ego, Ca-
picius. Latio decis. 108. num. 75. § 76.

66. Quæ vbi non esset expressa, tacita sufficeret ad rece-
dendum à dicto cons. Oldradi, ita Carena, & Tondut. qui su-
pra. Peregrin. cons. 38. lib. 1. Surd. decis. 125. num. 6. vbi subdit,
quod dictum est de ratione expressa, procedere etiam in ra-
tione tacita, & subintellecta, & per coniecturas elicitæ, quia
eo quoque casu insurgit fideicommissum inter omnes des-
cendentes actiuè, & passiuè.

67. Secūda cōiectura etiā fortissima est: grauamē nēpe
iniunctū filiabus suis morientibus absque liberis, quas ad in-
vicem substituendo, grauauit, ibi: *Substituhint la vna à l'al-
tra, &c.* quæ reciproca substitutio inter filias facta, inducit
earū per fideicommissum vocationē, & per consequens ean-
dem vocationem fuisse factam cum eodem grauamine, quo
ad filios, & descendentes ipsarum filiarum, censendum est;
quia grauando proximiores gradu, in quibus cadit maior, &
propentior affectio; multò magis grauare voluisse, censen-
dum est, filios, & descendentes filiarum, tanquam remotio-
res, & sic minùs dilectos, arg. l. cum auus, ff. de condi. § de-
monst. l. cum acutissimi, C. de fideicō. cū multis per Redenasc.
cons. 58. num. 41. Cassan. cons. 20. num. 24.

68. Et eo, quia primo nominari presumuntur magis di-
lecti, l. qui soluendo, ff. de hered. instit. l. publius, §. fin. ff. de condi.
bonus est rex. in §. quin enim in vsib. feudor. iii. Episcopum,
&c. vbi habetur, quod si inuestitura dicit pro se, & heredi-
bus suis masculis, & foeminis, quod masculi admittuntur, &
omnibus masculis deficientibus, foeminæ; quia prior descri-
ptio (vt inferunt DD. ex illo textu) prærogatiuam inducit
honoris, l. 1. ff. de albo scriben. l. quoties, ff. de vsufr. l. vi grada-
um, ff. de muner. & honor. latè Valenzue. cons. 23. à num. 32.

§. iii.

¶ *num. 37.* subdit, quod attenditur etiam ordo scripturæ, l. cum pater, §. accepto, ff. de leg. 2. & *num. 36.* quod prius nominatus, & omnes eius descendentes censentur potius vocati, ita ut inter substitutos præferantur magis dilecti, videndus Ayllon. nouissimè in additionatoribus ad Gom. var. lib. 1. c. 2. *num. 4. vers. Adde Negusantium.*

69 Aliàs magna resultaret, inæqualitas ubi dispar affectio considerare, necesse est; ita argumentatur Cassana. in *conf. 15. num. 22.* & 28. Mantie. de com. lib. 11. tit. 3. *num. 13.* & alij quos citat Fosar. q. 437. *no. 176. 185. & 188.* cuius absurdum fugandi causa, repetitum esse grauamen, & per consequens fideicommissum descendentiibus iniunctum, tenet Ramon in *conf. 17. no. 6. & 26.* & Cassana. in *conf. 17. num. 13.*

60 Tertia cōiectura resultat, ex sublatione caducitatis, ibi: *Per escusar caducitat en lo present meu testament, la qual no vull que en ninguna manera pugja esser.* pro ut diximus supra *num.* Ex qua videtur clare testatorem voluisse fideicommissariam dispositionem, etsi conditionalem transmitti, & transitum facere ad alios substitutos, ac per consequens non per solam vulgarem, sed etiam per fideicommissum venire ad alios substitutos.

71 Quarta, repositio facta per eundem testatorem eorundem descendentiū in locum filiarum, in casum premortientia earum tempore delati fideicommissi, ibi: *Vull, que seguinse lo cas, o casos demunt expressats, e tota hora quant la successio de la mia heretat haurà a venir a las ditas fillas mias, o los substituuts mencionats eran premorts, hauerit deixat fills, o fillas, o descendents: vull que tal fill, o fills descendents, succebscan en lloch de la dita filla, o fillas mias, o altrás.* &c. Per dictam enim repositionem, descendentes filiarum fuerunt expressè per fideicommissum vocati, & substituti filijs, & descendentiibus dicti Petri Angeli Çapila, saltem per vulgarem in fideicommissio, ut infra dicemus; quia omnes descendentes dicti Petri Angeli Çapila fuerunt in conditione positi, & grauati quodocunque, ibi: *E si era en cas, lo que Deus no vulla*

25

valla, q̄ lo dit Perot Angel Capila, moris, quant q̄ quant sens
fills, o filles, de legitim, y carnal matrimoni procreats, o ab rals,
que no perunguessen a edat de 16. anys, o si dits fills, o filles mo-
rien sens fills, o encara si descendents nos trobassen quant que
quai del dit Perot Angel Capila, vull &c. Perque verba, ma-
ximè attentis illis, quant que quai, in qua includitur fideicō-
missaria substitutio, & omne tempus moriendi: indubitan-
ter filij positi in conditione, censetur vocati, & grauati per
fideicommissum, actiue, & passiuè, vt etiam latius infra di-
cemus, taliter vt per hoc recedendum sit à consilio Oldradi.

72 Quinta coniectura, resultat ex expresso grauamine
per eundem testatorem dictis filiabus, & earum filijs, quan-
docunq; sine filijs decedentibus, atque ita per compendio-
sam imposito, in fauorem dicti Francisci Fiualler substituti
extranei, ibi: *E si era cas, que ditas fillas mias eren premortes
sens fill, o fills de legitim, y carnal matrimoni procreats, vull que
no trobanse fill, o fills descendents llurs, de legitim, y carnal ma-
trimoni procreats, la dita mia heretat sic y vinga à mossen Frã-
cesch Fiualler nebot meu, si viu serà, sino à fill, o fills sens de le-
gitim, y carnal matrimoni procreats, &c.* Ex qua quidem cō-
iectura resultat, testatorem saltem tacitè, & in necessariā cō-
sequentiam, grauasse etiam quoslibet alios filiarum filios, &
descendentes, eosque eadem necessitate comprehendi vo-
luisse sub eodem onere fideicommissi; quā sententiam, quia
ea inferius est latius confirmanda, hinc ornare omittimus.

73 Sexta coniectura, elicitur ex qualitate legitimi, &
carnalis matrimonij, in omnibus institutionibus, & substi-
tutionibus, adiecta, & repetita, ibi: *T encara a tots sos descē-
dents nats legitimament, y de carnal, y legitim matrimoni pro-
creats; & ibi: Eo los que succehiràn en dits bens o heretat mia,
en tot, o en part, sien de legitim, y carnal matrimoni procreats,
&c.* & ibi: *Moris quant que quant sens fills de legitim, y car-
nal matrimoni procreats, &c.* & ibi: *Descendents legitima-
ment, y de legitim y carnal matrimoni, &c.* & ibi: *O hauent
deixat fill, o fillas, o descendents de legitim, y carnal matrimoni*

D pro-

procreats, &c. & ibi: Si ere cas, que dites filles mies eren pre-
 martes sens fill, o fills de legitim, y carnal matrimoni procreats,
 & ibi: Vinga à mossen Francesch Finaller nebot meu, si viu se-
 rà, sino à fill, o fills descendents seus, de legitim, y carnal mari-
 moni procreats. Ex quibus intertur, quod non alia ratione
 qualitas illa fuit apposita per tastatorem, nisi agnatio, & fa-
 milia sua conseruaretur, quæ per legitimo, tantum, & non
 spurios, & naturales conseruatur, DD. in l. fin. ff. de verb.
 sig. l. si spurius, ff. inde cognati, Mantica lib. 11. tit. 3. nu. 7. Sesse
 decis. 65. num. 2. Magoni. decis. 73. num. 8. Socinus conf. 17. n.
 29. vbi ait. hanc esse potissimam coniecturam, Mantica lib.
 11. de coniect. ult. volant. tit. 9. & ideo per ipsam qualitem re-
 cedendum est à consilio Oldradi, Cæsar Barz. decis. 18. num. 5.
 Surdus decis. 162. num. 8. multos refert Suelues conf. 43. nu. 22.
 & noue Cæsar Carena resol. 163. nu. 6.

74 Septima coniectura decernitur, propter exclusionē
 Religiosorum, ac Monasteriorum, quibus expressè & enixè
 noster testator prohibuit suorum bonorum successionem,
 ibi: E mes vull, que fill, o filla descendent del dit Perot Angel
 Capila, essent en Orde de Religio, no puga deixar, ni donar al
 Monestir de abont serà Religios, ni altre Monestir, no puga
 succebir en los dits bens, nis pos en lloch de fills, ni en altra ma-
 nera, car expressamēt vull, que los fills, o successors del dit Pe-
 rot Angel Capila, eo los que succebiràn en los dits bens, y here-
 tat mia en tot, o en part, sien legitims, y de legitim, carnal ma-
 trimoni procreats, &c. Ex qua exclusionē Religiosorum, &
 Religionum, iuncta ratione, ibi: Car expressament vull sien
 legitims, y de legitim y carnal matrimoni procreats. Inducitur,
 voluntatem fuisse testatoris, inducere fideicommissum in fa-
 uorem descendentium suorum, tam dicti Petri Angeli Ca-
 pila, quàm filiarum suarum, vt Fusarius ex Curt. seniore, Me-
 noch. Intrig. & Rustico quest. 480. à num. 33.

75 Octaua coniectura desumitur, ex quo noster testa-
 tor ad quamplurimos substitutionū gradus diffusè proces-
 sit: ex quarum multiplicatione, & repetitione, iunctis qua-
 lita-

27

litatibus supra ponderatis, testantis mentem aperiri ad repen-
 -rendum fideicommissum inter institutos, & substitutos, &
 - ut recedendū sit à *cons. Oldradi. tenēt, & ponderant Callan.*
 - *d. cons. 15. num. 42. Menoch. presump. 69. num. 1. Fusar. quas.*
 - *480. num. 45. plures refert Suelves cons. 43. n. 24. Eoque ma-*
 - *ximè quando graduum digressio concepta est, ac depicta*
 - *inter descendentes testatoris, pro ut in nostro casu; nam tūc*
 - *recepta est opinio pro fideicommissio perpetuo, ita Menoc.*
 - *cons. 633. num. 34. Peregrin. cons. 98. in fin. lib. 4. Peguer. deci.*
 - *103. vbi ita iudicasse Senatum, & maximè expressa ratione*
 - *per testatorem, quia voluit, &c. Mantica decis. 375. nu. 8. Scf-*
 - *se decis. 65. num. 15. Redenssch. cons. 58. num. 47. cum multis.*
 - *& eo præmaximè quādo versamur in linea effectiua descē-*
 - *dentium testatoris: nam tunc inter eos facilimè, & ex leui*
 - *coniectura, inducitur fideicommissum, Cæsar Barz. decis. 7.*
 - *num. 9. Capic. Latro decis. 1. num. 55. Iul. Clar. in §. testamen-*
 - *tum, quas. 38. vbi subdit; quod ita ipse intrepidè consulere*
 - *& iudicaret.*

76 Nona coniectura ponderatur, ex eo, quod noster
 testator in tota serie, & contextura testamenti ferè semper ad
 rem, seu ad bona, & hereditatem verba, porrigendo dire-
 xit, ibi: *Vull, que tot ço, è quant los ser à donat, o tot lo en que*
hauràn succebit en qualseuol manera, llenada la legitima, sia
vinclat, &c. & ibi: En tots los dits bens per mi donats, &c. &
ibi: Prohibim expressament, que ninguna de las propietats, q̄
après mon obte vindran en ma, y poder, &c. & ibi: ans totes
vull sien subjectes al vinclat, &c. & ibi: ni altre Monestir pu-
ga succebir en los dits bens, &c. & ibi: eo los qui succebiràn en
los dits bens, o heretat mia, en tot o en part, &c. & ibi: vull que
en qualseuol dels casos demut dits, los dits bens per mi donats al
dit Pero: Angel Capila, sie partus entre les tres filles mies, &c.
 & ibi: *vull que tot sia de la dita filla mia, &c.* semper que no-
 minavit suam hereditatem, ibi in versic. *E mes vull, que fill,*
o filla, in illis verbis: eo los qui succebiràn en los dits bens, y he-
retat mia, &c. & ibi: quant la successio de la mia heretat, &c.

& ibi: *la dita mia heretat, sia y vinga a mossen Francesch Frivaller, &c.* In quibus non inuenitur directa fuisse verba ad personas, sed ad res tantum hereditarias. Ex quo desumitur, quod grauumen appositum fuit rebus, & hereditariis, ac proinde coniectura sumitur facilius fideicommissi, vt à consil. Oldradi sit recedendum, Ramon *in conf. 100. a nu. 374.* Farinac. *decis. 143. num. 4. par. 1.* Simon. de Præf. *de interp. vlt. volunt. lib. 3. interp. 3. d. 2. sol. vlt. num. 21.* Bucaser. *resp. 1. nu. 3.* vbi præcipue ponderando verbum, *sit*, ibi: *la mia heretat sia y vinga*, vt in simili verbo, *reuertatur*, quod est commune, & aptum ad inducendum fideicommissum, tenet idem Ramon *conf. 100. a nu. 376.* & quod in specie ita fuit dictum in Romana fideicommissi 11. Maij 1618. coram Vbaldo, quam refert, & sequitur Rota nouissimè apud Merlinum *decis. 87. num. 13.*

77 Decima coniectura demonstratur, insurgens ex qualitate bonorum, Illustrium personarum, & insignium, quo casu propensior affectatio coniecturatur ad inducendum fideicommissum inter descendentes, vt inter eos conseruentur bona, de quibus facta est dispositio: ita aduertit Cæsar Carena *de resol. 43. nu. 30.* vbi Rotæ Rom. decisiones allegat, & ex ista coniectura receditur à consilio Oldradi, & eam laudant Merlin. & Tondut. *quest. civil. par. 2. cap. 143 n. 2. § 3.* Et hoc, quia præsumitur testatorem nobilitate præditum, honoris, & dignitatis incrementum, quod in bonorum suorum conseruatione consistit, inter suos descendentes, iustè appetere. Molin. *de primog. Hisp. lib. 11. cap. 8. nu. 8.* Mantie. *de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 1.* Decian. *conf. 31. num. 101. lib. 1.* Capici. *decis. 108. num. 4.* Rusticis *ad l. cum auus. ff. de condi. lib. 4. cap. 1. num. 30.* Baldus *in l. quoties num. 8. Cod. de fideicom.* Paulus de Castro *conf. 343. lib. 1.* Fusar. *de substi. quest. 441. n. 54.* Gratian. *discep. forens. cap. 487. num. 17.* Bimius *conf. 210. num. 34. § 54.* Valenz. *conf. 41. num. 19. cum seq.* Menoch. *lib. 4. præsum. 69. num. 18.* Cæsar Carena *resol. 163. num. 6.*

78 Undecima exhauritur coniectura, ex quo dari permittens

mittens filiabus suis dotē, iniunxit etiā eis grauamē, ibi in ini-
 tio clausulæ: *que donant lo dit Pere Angel Capila dot a las fi-
 llas, o heretant fill, o fillas, o succedint algu, o alguns, vull
 que tot co y quant los ser a donat, &c. sic vinclet, &c.* si ergo
 testator dotes voluit filiarum esse vinculo subiectas; quanto
 magis, & à maiori parte rationis dicendū est, cætera bona suæ
 hereditatis vinculo innodari voluisse? quo circa voluntas
 elicitur dicti fideicommissi, quod appetimus, ad hoc vt re-
 cedamus à consilio *Oldradi*, vbi testator solæ legitimæ pe-
 percit, ibi: *llenada la legitima*, dotes à vinculo non excusa-
 uit, *Fusar. q. 437. num. 29. Gratian. discep. 352. nu. 20. Suelues
 conf. 43. num. 27. vers. Noua est, Bellon. in conf. 15. num. 48.*

79 Duodecima, & vltima coniectura, quam fortissimā
 ponderamus ad limitandum cons. *Oldradi*, in nostro casu ea
 resultat ex duplici, & geminata alienationis bonorum, de
 quibus disceptamus, prohibitione; verum quia de ea infra ad
 aliud propositum, ibi latius dicemus, illiusq; vim in augmē-
 tum fideicommissi impendemus, ideo ne eadem repetamus,
 nos referimus ad suum locum.

80 Non obstant rationes largituè ponderatæ ex ad-
 uerso contra nostrum institutum in suo iuris responso à nu.
 48. cum multis sequentibus: vbi nostram dispositionem, tã
 claram, apertam, & litteralem, totque superius animaduer-
 sis coniecturis roboratam, destruere, & enervare conatur; re-
 currendo ad dictiones relativas, & restrictiuas, vt ad men-
 dicata suffragia, ad quas recurrūt omnes qui parum pro suo
 clientulo confidunt de iustitia, cum nullæ sint testamēta-
 riæ dispositiones, in quibus depictum inuenitur fideicommis-
 sum reale, & perpetuum, descensuum, & reciprocum, quin
 in ventre, & structura dispositionis, & in multis, aut singu-
 lis substitutionum clausulis, & gradibus, non inueniatur di-
 ctiones, seu verba restrictiva, aut limitatiua, veluti illa: *eo ca-
 su, hoc casu, dicti, illi, vel illis*, aut alia similia, & nihilominus
 illis minime obstantibus, concurrentibus vrgentibus conie-
 cturis, concluditur pro fideicommissio reali, & perpetuo, quia
 fidei-

fideicommissa ex voluntate disponentis potius, quã ex verborum formulis pendet, præcipuè Cæsar Barz. num. 72. Ansaldo. conf. 110. num. 32. Marta de succes. legal. par. 1. questio. 1. art. 5. num. 17. Rota apud Censal. decis. 33. num. 14. in suo plures Fusar. q. 472. num. 105. Galuan. conf. 34. num. 34. num. 40. qui affirmat semper fideicommissa originariam, ac primitiã naturam conseruasse, vt quo ad formam loquendi spectat, ex voluntate disponentis, potiusquam verborum, seu dictionũ formulis pendeant.

81. Quanto magis, quod omnes dictiones, seu verba, quæ præ tendit aduersans esse restrictiua, in nostro testamento, non stant ita restrictiuè, vt limitent, & impediãt extensionem, & repetitionem fideicommissi, sed potius demonstratiuè, & declaratiuè, maxime cum non sine coniunctã cũ alijs dictionibus taxatiuis, quales sunt, illæ, tantum, solũ, duntaxat, & similes. Expendimus ad istam distinctionem præcæteris, Redensschum in conf. 56. à num. 5. in hæc elegantia prorumpentem verba: Cum imò non desint magni nominis iure consulti existimantes dicta verba eo casu, & similia stare demonstratiuè, & declaratiuè, & non impedire extensionem, quos recenset Fusar. de substit. q. 460. nu. 11. & in præcis nostris terminis, Cavalca. decis. 16. & 18. pulchrè Menoch. cõf. 432. num. 32. & conf. 106. à num. 22. Crauet. conf. 904. nu. 10. vbi ex Cassiodoro, ait, demonstrandi, non taxandi causa prædictas dictiones inseri: Rustic. in l. cum auus in proce. c. 2. num. 104. ff. de condi. & demonst. vbi post multos in hanc sententiam adductos, inquit, hanc opinionem esse equiorem probabiliorem, & crebiori calculo receptam, & omniũ copiosius hanc ipsam propositionem comprobauit, & legibus, ac autoritatibus non vulgaribus, illustrauit sapientissimus Iureconsultus ad Romanos aduocatus Paulus Rube. in notatiõibus ad decis. 632. recentior. par. 4. tom. 3. ex num. 105. vsque ad num. 121. per tot. vbi reprobat Peregrin. & eiusdem Farinac. ceteris, constantissimè affirmat ex veriori, & frequentiori resolutione, verba tunc, eo casu, &c. non impedire extensio-

nera

unc, eo casu, et

ide fol. 232. n. 55, et 59.

et fol. 277. n. 71.

nem in fideicommissis, & substitutionibus, si de mente testatoris extendendi constiterit, cum huiusmodi dictiones simpliciter consideratae, non sint taxatiuae, sed potius demonstratiuae, & declaratiuae, & perdant officium suum, nisi sint coniunctae cum alijs dictionibus taxatiuis, veluti. Tantum, solum, dumtaxat, &c. Hæc Redenascus.

82 Omniò videndus est Rubeus per dictum Redenascum allegatus in d. decis. 632. qui solidissimis rationibus eneruose firmat hanc sententiã, & allegando Gratian. discep. 847. n. 17. subdit, num. 112. sic in diuersis orbis Tribunalibus pronunciatum esse, & præsertim in Rota Florenti. apud Magonium decis. 37. no. 41. Lucens. apud Octauium Zuccarum decis. 76. num. 118. Neapoli apud Vincent. de Franch. decis. 299. nu. 5. par. 2. & apud Capicium Latio decis. 108. num. 68. Mantuae apud Surdum decis. 37. num. 32. (cui addimus nos Hodiernã additionatorem ad Surdum, qui à nu. 47. ad 56. multis nouiter laudatis, idem tenet) Romæ apud Cassiodorum decisio. 1. nu. 6. de testam. & tandem plures allegat Sacri Arcopagij Romani decisiones relatas late num. 121.

83 Præterea tot Doctores ex aduerso allegati, qui afferunt, per dictiones relatiuas, & restrictiuas, excludi omnem extensionem, & repetitionem fideicommissi, nihil faciunt contra nos, quia ultra iam dicta, loquuntur, & intelligendi sunt, quando dictiones relatiuæ, & restrictiuæ, stant de per se solæ, & absq; verbo, vel signo vniuersali; secus verò quando iunguntur verbo, vel signo vniuersali; nam tunc, nedũ vocatos in illo gradu, vel gradibus, non cõprehendunt, nec excludunt; imò omnes, & quoscunque, qui succedere possunt, pro vt in casu nostro, vbi verba, quæ ab aduersate notantur vt restrictiuæ, sunt iniuncta cum signo vniuersali, pro vt sunt illa verba in clausula contentiosa, ibi: *vull, y orden, que sequit lo cas, ò casos demunt expressats, è tota la hora quãt la successio de la mia heretat, haurà à venir, &c.* vbi verbis illis: *sequit lo cas, ò casos demunt expressats,* quæ videntur esse restricta ad substitutiones superius expressas, addidit testator

Itator : è tota la hora, quant la successio de la dita mia heretat,
 Et c. quæ verba : è tota la hora quant, quæ sensum habent, in
 omni caso, signum vniuersale continent, & omne tempus
 complectuntur, & aded sunt comprehensiuæ omnium, ad
 quos potest adaptari, vt nullam admittant restrictionem, ex
 latè traditis per Barbos. dict. 241. num. 1. num. 6. ex Anton.
 Monacho decis. Floren. 69. num. 8. & 9. & Surd. in conf. 466.
 num. 25. addimus Altograd. conf. 35. num. 1. & 2. tom. 2. Ro-
 land. conf. 27. num. 27. tom. 4. Ricci. collect. 2779. par. 7. & de-
 cis. 287. vbi quod comprehendunt casus dissimiles, & in re-
 solu. 120. nu. 7. Salga. de suppli. ad sandi. par. 2. c. 10. num. 31. Cy-
 riac. Niger contro. 81. num. 5 & 6. Giuba decis. 84. nu. 16. Pe-
 regrio. artic. 1. num. 28. in fin. Fular. q. 679. nu. 11. Gratis conf.
 5. à num. 59.

84 Ad quã probandam distinctionem allegamus Her-
 culem Marecot. Redenafch. Ludo. Postium, & Alexand.
 Ludouisium, cuius dicta libet hîc referre ad sedandum nob.
 aduersantis clamores, cum magna allegatorum ab eo cater-
 ua scribentium.

85 Hercules inquam Marecot. lib. 1. var. cap. 45. à ver.
 alio modo, elegãter in hæc verba aurea prorumpit: *Alio mo-
 do* (inquit) interpretari possunt verba, vt sub illis verbis, & di-
 ctione relativa (ipsis) iuncta dictione vniuersali (omnibus)
 contineantur nõ solum filij instituti; sed etiam eorum liberi, quæ
 sub conditione, si sine liberis, subintellecã à lege censentur an-
 tea expressi. d. l. cum auus, nam cum illa verba, & ipsis om-
 nibus, referant substantiam incertam, & sint vniuersalia, cõ-
 prehendant, non solum filios in conditione positos, sed etiam des-
 cendentes filiorum, quos testator præsumitur ex dispositione legis
 in conditione posuisse: siquidem quod huiusmodi dictio relativa,
 ipsis, iuncta dictione vniuersali, referat etiam positos in condi-
 tione, & cum æquè principaliter sint in conditione subintellecã
 expressi descendentes filiorum, sicut filij instituti; in substitutio-
 ne debet relatio fieri ad omnes: maxime propter vim dictionis
 vniuersalis, omnibus, quæ efficit, vt comprehendantur etiam
 tota illa,

illius, quæ aliàs non comprehenderentur, multa alia prosequitur iste auctor, quæ omninò sunt videnda, & quæ apprimè nosse in confirmant institutum.

86 Rota apud Redenasch. non minus eleganter loquitur in consil. 58. nu. 34. ibi: nam verba, & si omnes dicti eius filij, & heredes prædicti: tanquam uniuersalia sunt apta comprehendere omnes filios in conditione positos; cum dictio illa uniuersalis, omnis, neminem excludat, l. 1. ff. de noua. l. distinguemus, §. si plures. ff. de arbit. Gratian. discep. 662. num. 1. Decian. cons. 84. nu. 3. vsque ad 33. lib. 3. Menoch. cons. 334. num. 8. Rota decis. 216. num. 6. 269. num. 6. par. 5. diuersor. 119. num. 11. par. 6. 248. num. 4. par. 7. Cyriac. contr. 96. num. 48. & paulò inferiùs, subdit, & si esset referenda ad substitutos tantum. sine dubio esset contra naturam verbi, omnis, quod prædicatur de pluribus, nec recipit restrictionem, d. l. nò distinguemus, §. si plures. Innocen. in c. quia propter de electi. n. 5. Monter. de disti. par. 3. q. 5. num. 11. Cæphal. cons. 347. num. 9. lib. 2. & Rota Roman. pecun. 1. Iulij 1640. coram bonæ memoriæ Pirouano.

87 Ludou. Postius resolu. 120. nu. 6. ita ait: Et dum addidit verbum uniuersale, Tutti, signum est euident, quod uoluit comprehendere omnes, qui à dicto stipite, & colonello proueniunt, etiam quod nò sint de lineis iam antea appellatis nomine expressis: ad tradita per Fusar. q. 330. num. 3. cum ista dictio efficiat, ut comprehendantur etiam illi, qui aliàs non comprehenderentur.

88 Alexand. tandem Ludouisus Gregor. Pap. deci. 315. nu. 10. hæc ad propositum, ibi: Sed si prius essent expressè uocati, & substituti eorum parentibus, quando testator postea subiungit: si omnes quandoquæ sine filijs decedant: sine dubio essent ipsi comprehensi; quia illa dictio uniuersalis, omnes, iam nominatos includit: & neminem ex alijs excludit, & num. 14. hæc subnectit: Concurrit etiam uerosimilis mens testatoris; quia non est dare rationem, cur magis uoluerit grauare onere restitutionis filios, quàm nepotes, imò credendum, quod istos ma-

gis voluerit gravare, &c. Et ibi mox inferius, *Et quod ex ad-*
uerso dicitur, gravato filio, non censei gravatum nepotem, non
applicatur, quia procedit quando filius fuisset in specie gravatus
Et ageretur per viam extensionis de gravando nepotem: hic au-
tem agitur, an sub signo universali comprehendantur etiam ne-
potes, vel potius filii tantum, &c.

89 Quæ maximum faciunt, & mittunt falcem in radi-
 cem, illa finalia verba: *volent hi sien tots compresos del darver*
fins al primer inclusive: primus siquidem fuit institutus Pe-
 trus Angelus Capila; ultimus verò filius, seu filij aut descē-
 dentes Frāncisci Fiualler nepotis siue nebot dicti testatoris: er-
 go voluit simile fideicommissum omnibus in medio substi-
 tutis apponere; quia non posset devenire ad ultimū, neq; il-
 lud verificati, nisi per medias substitutiones dilaberetur,
 quod est illud, quod extollunt DD. ad fideicommissum in-
 ducendum reale, & perpetuum inter omnes descendentes;
 nempè, quod quotiescumque leguntur in dispositione ver-
 ba perpetuitatem, & tractum successuum denotantia, ut
 sunt nostra superius relata, & alia, quæ infra latius pondera-
 buntur, cum nō habeant temporis præfinitionem, compre-
 hendunt omnes descendentes Fusar. *de substi. q. 327. num. 11.*
Et 13. Rota recen. deci. 168. num. 4. par. 3. quos allegat Posti.
resolva. 120. num. 9. Bellon. de iure accresc. cap. 5. q. 26. à num. 18.
cum seq. Matta de claus. par. 3. clau. 14. num. 1.

90 Ex quibus omnibus luce meridiana clariùs deduci-
 tur, quod cum gravamen impositum dicto Petro Angelo
 Capila, filijs, & descendentes illius, & postea in fine clau-
 sulæ omnibus, pariter, & quibuscumq; à primo ad ultimū,
 vel ab ultimo ad primū, fuerit iniunctum substitutis: quod
 filij, & descendentes dicti Petri Angeli Capila, & cæteri alij
 filij, & descendentes filiarum, fuerunt etiam gravati, & per
 consequenter fideicommissio perpetuo vocati, & suppositi.

91 Deducitur etiam, quod ex his remanet quadrans so-
 lutio omnibus rationibus ex adverso propositis, præcipuè
 circa has dictiones relativas, & restrictivas, quibus voluit
 nob.

nob. aduersans grauamen superius dictum, restringere, & coarctare ad certas personas, & ad certos gradus, & non ad omnes; cum nullus ex multis à se allegatis Doctoribus, nostrum casum percutat, nec distinctionem à nobis ponderatam, subuertat.

89 Igitur in suo robore manent coniecturæ superius ponderatæ, vt ex eis maneat vestita, & satis ornata voluntas nostri testatoris, quæ ultra verba expressa; alia posuit, vt ex eis, quâdo nō esset ita, vt diximus expressa, ex illis taliter cōiecturata appareret, vt à Consilio *Oldradi* sine scrupulo recedendum sit.

90 Modò ad secundum assumptum deveniendo, dicēdū est vocationem filiorum, & descendentiū dicti Petri Angeli Çapila fuisse per fideicommissum, & non per vulgarem solam.

91 Primò, quia filij & descēdētes oēs dicti P. Angeli Çapila fuerūt in cōditiōe positi sub triplici cōditiōe. Prima moriēdi sine filijs, ibi: *E si era cas lo q̄ Deu no vulla, q̄ lo dit Perot Angel Çapila moris quant q̄quant seus fil, fills, o fillas de llegitim y carnal matrimoni procreats.* Secunda ibi: *E si morra ab tals fill, o fillas que no pervinguessen à edad de seise anys.* Tercia ibi: *E si dits fils morien seus fil, o encara si descendens nos trobassen quant que quant del dit Perot Angel Çapila descendens de llegitim y carnal matrimoni, vull &c.* & etiam filij & descendentes filiarum, ibi: *E si era cas que alguna, o algunas de las ditas fillas mias morien seus infant, o infans, substituēs ch &c.* & ibi inferius: *Eren premortes, o mortes, hauent dexat fill, o fillas, o descendens &c.* Item per verba illa collectiua, quæ omnes substitutos, & omnia tēpora cōplectūtur Menoch. lib. 4. *presump.* 34. n. 28. Peregr. de fideicom. art. 34. n. 2. Fufar. q. 469. n. 14. Decius *conf.* 22. num. 3. & 572. nu. 1. Cassanat. *conf.* 46. num. 54. Giurba *decis.* 11. nu. 3. Castillo *decis.* 132. à num. 33. cum seq. Surdus *decis.* 37. num. 8. Viuius *decis.* 497. Censalius ad Peregrin pag. 222. col. 1. latè Hodierna ad Surd. *decis.* 37.

triplex conditio

92 At quoties filij positi sunt in cōditione sub duabus, vel tribus qualitatibus supra mentionatis, & per verba collectiua tractum habentia in futurum, magna insurgit coniectura, quòd omnes censentur vocati, non per vulgare tantum, sed per fideicommissum; ita Curt. iun. *conf.* 48. nu. 4. Socin. iun. *conf.* 135. num. 28. lib. 3. Crauet. *conf.* 22. nu. 6. Parisius *conf.* 31. num. 4. lib. 2. Arcin. in §. quòd rectè, l. Callus. n. 10. de liber. & posthu. Ruin. *conf.* 139. num. 23. Castaban in *conf.* 33. num. 15. Menoch. *conf.* 348. num. 4. Rusticis de lib. in cond. posu. lib. 6. c. 5. Fus. *conf.* 78. num. 12. Marra de succe. legal. part. 1. q. 9. art. 1. num. 6. Redenssch. in *conf.* 56. num. 16.

93 Maximè si dispositio sit concepta per verbum, volo, mando, iubeo, vel similia, vt in casu nostro, ibi: *Vull, que en qualsenol dels casos demunt dits, &c.* & ibi: *vull, que tal fill, ò fill descendent, &c. l. & eo modo, ff. de legat. 1. l. 2. circa prin. C. com. de legat.* Parisius *conf.* 55. num. 1. lib. 2. benè Castana. in *conf.* 33. num. 15.

94 Et maximè etiam si per verba, *quandocumque*, & aliaque non respiciunt præcisè tempus mortis, sed habent tractum successiuum infinitum, Socin. in l. *solemus, ff. de condi. & demonst.* Alex. *conf.* 53. num. 10. lib. 6. Iason. in l. *si quis, C. de instit. & substit.* Thesaur. *decis.* 96. num. 28. *versic. Item si fuerit.*

95 Secundò, quia fuerunt grauati, ibi: *nos trobassen quãt que quant, &c.* & ibi paulò inferius: *en dit cas, ò casos, substituaesch las ditas fillas mias als altres demunt dits, &c.* ex hoc grauamine nominatiu, & expresso, principaliter hanc (ex duabus) amplectitur noster Senatus coniecturam ad inducendum, vt filij in conditione positi censentur vocati: ita communiter omnes practici nostri Canc. *var. lib. 1. cap. 1. nu. 35. & 47.* Peguer. *decis.* 112. num. 10. tom. 1. & in *decis.* 16. nu. 9. & seq. tom. 2. Fontan. 1. de pact. claus. 4. glos. 24. à num. 5. & tom. 2. claus. 5. glo. 10. par. 2. à num. 3. Ramon *conf.* 10. à num. quibus allucinatur ex exteris Rusti in tract. *filij positi in condit. lib. 4. c. 1. & 2. par. 1.* Thesaur. *decis.* 96. num. 10. Sesse *decis.* 65. nu. 8.

quandocumque

coniectura Senatus

n. 8. Casar Barzi. *deci. 8. Cassa in cons. 56. n. 8. § seq. siue gra-*
uamen sit expressè impositum, siue nominatim iniunctum,
Iul. Clar. in §. testamentum, q. 68. vers. Tertius est casus, Ru-
stic. d. lib. 4. c. 5. num. 1. Alex. cons. 13. Trentacinq. de substituti.
par. 4. cap. 1. num. 33. Decian. resp. 26. num. 43. lib. 2. Maynard.
deci. 57. 2. lib. 5. Sesse d. deci. 65. num. 8. § 10. Mantie. de coniec.
lib. 2. tit. 3. nu. 2. in fin. Anton. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 20. de fini. 2.
Fontan. d. claus. 4. glo. 24. num. 5. § d. clau. 10. par. 2. nu. 7. Cen-
sal. ad Peregri. artic. 28. pag. 153. vers. septimo. Capici. Latro
deci. 1. cum obser. Gizzij, siue simpliciter, & absolutè, Bart.
in l. Centurio, vti signifer huius opinionis num. 37. ff. de vul-
ga. Peguer. in deci. 102. num. 10. Thesaur. d. deci. 65. nu. 8. Fu-
sar. q. 437. num. 151.

96 Et vt ne deficiat quidquam ad nostrum institutum;
 adest etiam alia coniectura, quam vt diximus amplectitur
 noster Senatus; nempe vocatio filiorum, & descendantium
 vltimi, & remotioris substituti, ibi: *E si era cas, que dit as fi-*
llas nias eren premortes sens fill, ò fills, ò even vius, è morien
quant que quant sens fill, ò fills de legitim, è carnal matrimoni
procreats, vull que no trobant se fill, ò fills, ò descendents llars de
legitim, y carnal matrimoni procreat, ò procreats, la dita mia
heretat sia, y vinga à mossen Francesch Erualler nebot meu, si
viu ser à, sino a fill, ò fills descendents seus, de legitim y carnal
matrimoni procreats, &c. perquam vocatione Senatus sem-
 per approbavit vocationem filiorum in conditione posito-
 rum, vt testantur Cane. Fontan. Ramon. & alij proximè ci-
 tati. Idem Fontan. in *deci. 44. n. 1. & 146. à n. 1.* & plures cõge-
 sti per Fusar. d. q. 437. à n. 139. Redenasc. d. *cons. 9. nu. 15. 56. n.*
8. § seq. & quia de ista coniectura satis abundè scripsit ma-
 gnificus Ioannes Baptista Pastor, antea huius nobilis partis
 Aduocatus, nunc verò Regius Senator meritissimus, in suo
 celebri pro hac parte typis edito secundo responso à nu. 6.
 vsque ad finem: Tum & etiã, quia canonizata remanet hæc
 sententia Senatus exemplaribus, quamplurimis nempe illo
 Nicholai de sanct. Ioan. 31. Octobris 1628, & in illa senten-
 tia

alia de Rocabertins, & Pegueras 9. Iulij 1631. & in illa de Borrell, & Llenader 14. Iulij 1637. de quibus testatur Fontan. decis. 147. à num. 18. & 20. & decis. 149. num. 8. ideo fictimus, & ad alia progredimur. Vnde cum filij, & descendentes nedum Petri Angeli Çapila, verum etiam filij, & descendentes filiarum dicti testatoris, anteriorum substitutorum, sint in conditione positi, vt dictum est supra num. ergo, &c.

97 Nobilis aduersans quasi videtur iam istam vocationem filiorum, & descendencium Petri Angeli Çapila positurum in conditione admittere, sed recurrit ad vulgare refugium, tam discussum, & in plurimis causis nostra tempestate resolutum, nempe quod tantum censentur vocati per vulgarem; quia asserit, vocatio filiorum dicti Fiualler vltimi, & remotioris substituti, non potuit influere vocationem per fideicommissum, in filios, & descendentes dicti Petri Angeli Çapila positos in conditione, quia filij dicti Fiualler, non fuerunt vocati per fideicommissum; sed per vulgarem tantum, ibi: *Si viu serà, sino à fill, ò fills seus, &c.* quæ inducit vocationem per vulgarem tantum, vulgata l. cum proponas, C. de hered. instit. Menoch. cons. 399. num. 3. Rota Roma. recentior. tom. 1. decis. 519. num. 1. & ita non potuisse influere diuersam vocationem, vt tenent Griuel. decis. 125. nu. 73. Fontan. clau. 5. glo. 10. par. 2. num. 48. & decis. 147. & seq. & deci. 598. Scayn. decis. 1. num. 91.

98 Verum enimvero decisum est in Senatu pluries, & amplexa est in eo sententia, quod vocatio filiorum vltimi substituti, etiã quod sit diuersa, influit vocationem per fideicommissariam in fauorem filiorum in conditione positorum, quàm rationem tam subtiliter, quàm doctè Senatus ponderauit distinguendo hoc in casu, seu constituendo duplicem respectum; Vnum, per quem vltimus substitutus, & eius filij inuentur institutum, & eius filios in conditione positos, & reliquos anteriores substitutos: Alterum verò per quem filij vltimi substituti inuentur ipsum patrem vltimum substitutum

alias declarationes
vide in hoc libro
fol. 167 n. 40.

vulgaris.

39
hereditatis ad finem successionis, & hereditatis testatoris, &
licet quo ad secundum hunc respectum, dato quod filij di-
cti remotionis substitui sint vocati in casu existentie, vel de-
ficietis tempore delatae successionis, & sic altero ex casibus,
quibus verificatur vulgaris: Attamen primo casu, seu quo ad
primum respectum, dubio procul ultimus substitutus, & eius
filij sunt substituti per fideicommissum; quia sunt vocati casu
quo institutus, & alij filij, & descendentes, ac alij substituti
decederent sine filiis quae vocatio cum plura contineat tem-
pora, & mortis mentionem (stante praecipue illa dictione, qua
ponderauimus supra, *quandocumque*) compendiosam inclu-
dit, & in qua inest fideicommissaria substitutio, ideo quo ad
dictum intuitum, & respectum, influunt fideicommissaria.
Quae omnia licet diffuse per DD. sint amplexa sufficiat pro
omnibus Senatus, qui ita iudicauit in illa nobilium Pantojas,
contra nobilem Carolum de Caldès, referente nob. Fabricio
Pons de Castellui, die 19. Iunij 1660. cuius verba non peni-
tebit hic inserere: ita inquam Senatus, ibi:

99 *Et licet fuerit praesens, & deductum per iam dictum* nota
nob. Carolum supradictos filios dicti nob. Michaelis positos in
conditione vocatos censeri per dictum Raymundum Ioannem
in casu non quae sita hereditatis, ac substitutionis vulgaris, quae
concepitur in casu voluntatis, & impotentia, sicque expirasse post
aditam hereditatem per dictum nob. Michaelem Hieronymum,
ex eo, quod supradicti nepotes dicti Raymundi Ioannis testato-
ris, positi in conditione, censentur vocati per coniecturam voca-
tionis filiorum dicti de Caldès, & Desvilarò ultimi substituti,
qui sunt vocati per vulgarem expressam, sub illis verbis: A Car-
los de Caldès, y Desvilarò, si viu serà, y si viu no serà, à sos
fills, de grau en grau, &c. Hincque fieri positos in conditione,
non censeri vocatos dissimili substitutione, sed tantum per vul-
garem, ne absurda sequatur illatio, plus nempe sequeretur esse
in casuato, qui secundum naturam cause regi, restringi, ac re-
gulari debet, & nequaquam referens caperet, ut debet, totam
suam vim, & interpretationem à relato, imò filij ulterioris sub-
stituti

iurati per vulgarem vocati influendo in filios prioris instituti fi-
 deicommissariam substitutionem magna cum iuris repugnan-
 tia darent, concederent, aut influerent, quod minimè habent.
 Ceterum quia in vocatione filiorum dicti de Caldès, & Des-
 vilarò duplex reperitur respectus; alter est per quem filij intuen-
 tur dictam de Caldès, & Desvilarò, & alter per quem intuen-
 tur nob. Michaelē Hieronymū, cui sūi substituti: Quo ad pri-
 mū vocati sūi per vulgarem; quo verò ad 2. per fideicommissariā.
 Sic considerata supradicta substitutione, nō respectu dicti Ca-
 roli de Caldès & Desvilarò, sed respectu nob. Michaelis Hie-
 ronymi est fideicommissaria, effectusque habet vera fideicom-
 missaria substitutionis: Quandocumque ergo poterant filij di-
 cti de Caldès, & Desvilarò succedere don Michaeli Hierony-
 mo predicto postquam moreretur sine filijs, hoc per fideicom-
 missum; sic & pariter eidem succedere debent filij dicti Caroli.
 Rursus prelibata fideicommissaria substitutio inducitur, nam
 filij positi in conditione, & ex coniecturis vocati, censentur vo-
 cati sub illa substitutione, sub qua sunt positi in conditione: In
 testamento autem supra chalendato Raymūdi Ioannis de Cal-
 dēs filij dicti don Michaelis Hieronymi primogeniti, & primo
 in loco heredis instituti, sunt positi in conditione etiam sub verbo
 quandocūque, & sic sub compendiosa, ut legitur illis verbis:
 Instituesch hereu à Miquel Geroni de Caldès, y sino serà he-
 reu, ò serà hereu, y morirà quant que quant sens fills legi-
 timis y naturals, ò ab tals, &c. Hæc Senatus.

100 Videat ergo nob. aduersans, & videant omnes, quo-
 modo Senatus noster peregregius hanc amplectitur senten-
 tiam, quòd filij remotioris substituti, quāuis sint vocati per
 vulgarem respectu patris ultimi substituti, nihilominus res-
 pectu filiorum, vel descendantiū instituti in conditione po-
 sitorum, influit fideicommissariam vocationem.

101 Et non sinit in hac, Senatus, decisione, audiat nob.
 aduersans aliam, in causa nobilium fratrum de Tamarits, re-
 ferente nob. Michaelē de Corriada, lata 12. Iulij 1661. qui
 hæc

T. Roy. Almunia,
 et Co. 1661.

A Ex doctrina
 Tornio. in cōl.
 43. n. 17. & 18.
 quē refert Sef-
 se in decis. 362.
 num. 40. & seq.
 lib. 4.

160

41
hac verba facit: Et licet per dictum nob. Hieronymum de Tamarit, & postea per dictam nob. Mariannam de Tamarit, & Tafurer, quibus dictus nobilis Salvadorus de Tamarit successit, praesensum fuerit ex testamento dicti Bernardi Ioannis Michaelis de Tamarit nullum resultare fideicommissum in fauore dicti nobilis Ioannis de Tamarit, ex quo Franciscus Ioannes Marchus Paulus de Tamarit primo loco heres institutus in testamento dicti Bernardi Ioannis Michaelis de Tamarit grauatus fuit in casibus, quibus decederet sine filijs masculis de legitimo, & carnali matrimonio procreatis, qui casus non euenit cum decesserit relicto nob. Vgone de Tamarit patre dicti nobilis Ioannis de Tamarit, & coniectura vocationis filiorum de legitimo matrimonio Galcerandi de Ayguauina remotiorum substitutorum, non potuit influere fideicommissum in fauorem dicti nob. Ioannis de Tamarit filij dicti nob. Vgonis de Tamarit in conditione positi in testamento dicti Bernardi Ioannis Michaelis de Tamarit illius proauis, & casu quo resultaret fideicommissum illud non esset primogeneum, sed in eo succedere debere equis portionibus dictos nobiles Ioannem Hugonem, & Hieronymum de Tamarit filios dicti nob. Hugonis de Tamarit, & c.

Quia tamen in nostro Senatu canonizata reperitur coniectura vocationis filiorum remotioris substituti, scilicet, Galcerandi de Ayguauina ad inducendam vocationem, nedum nob. Hugonis de Tamarit, sed etiam nob. Ioannis de Tamarit filij & nepotis dicti Francisci Ioannis Marci Pauli de Tamarit in conditione positorum in testamento Bernardi Ioannis Michaelis de Tamarit illorum auis, & proauis, qua etsi fuerit per vulgarem expressam, intelligendum est respectu eius patris Galcerandi de Ayguauina: at uero respectu dicti Francisci Ioannis Marci Pauli de Tamarit primo loco heredis instituti, fuit fideicommissaria: Et sicut filij dicti Galcerandi de Ayguauina remotioris substituti, eorum patre praedefuncto, ueniebant per fideicommissariam ad hereditatem dicti Bernardi Ioannis Michaelis de Tamarit, ita etiam per fideicommissum debet venire

42
dictus nobilis Ioannes de Tamarit filius dicti nobilis Hugonis
de Tamarit, & nepos dicti Francisci Ioannis Marci Pauli de
Tamarit primo loco vocati, non solum eo defuncto, verum etiã
si vixerit, & hereditatem adierit: Cũ prædilectionis excessus,
& amplioris voluntatis affectus, erga nepotes, & pronepotes di-
cti Bernardi Ioannis Michaelis de Tamarit testatoris in con-
ditione positos, non patitur, quòd ad vnius tantum substitutio-
nis casum illorum vocatio restringatur, militante ratione prædi-
lectionis ad inducendam maiorem affectationem, & consequen-
ter ampliorem vocationem, & sic necessariò dicendum est, quòd
eo ipso, quòd Bernardus Ioannes Michael de Tamarit testator
vocauit filios Galcerandi de Ayguauina remotioris substituti,
& nepotes Francisci Ioannis Marci Pauli de Tamarit primi
heredis, quos in conditione posuit, ad successionem inuitauit; Ex
quo non potest dari ratio quare magis filij primi gradus in con-
ditione positi sint vocati, quàm alij vltimus gradus, qui sunt pa-
riter in conditione positi, cũ non debeant diuerso iure cense-
ri, & pro eis militet eadem prædicta coniectura, &c. Hæc etiam
Senatus.

102 Nescimus quid elegantius, & quid aptius ad nostrũ
institutum. Præsertim si ponderamus verba illa finalia deci-
sionis, ibi: Cũ prædilectionis excessus, & amplioris volunta-
tis affectus erga nepotes, & pronepotes, &c. perquam rationẽ
visus fuit Senatus vocationem factã filiorum vltimi, vel re-
motioris substituti, influere, & inducere fideicommissariam
vocationem, nedum filiorum primi gradus instituti, sed etiã
nepotum, & aliorum descendentiũ in conditione posito-
rum, insequendo opinionem DD. hoc idem sentientiũ circa
prædilectionis affectũ, pro vt sunt Rusticis de fil. positi in cõ-
di. lib. 6. cap. 5. num. 7. Menoch. conf. 325. nu. 43. lib. 4. & conf.
393. num. 28. Fusar. quest. 438. num. 11. Honde. conf. 54. num.
38. lib. 2. Bellon. conf. 19. numer. 1. Thesaur. decisio. 96. nu-
mer. 2. Ludouisi. decis. 337. num. 4. Niger Cyriac. controu.
lib. 1. cap. 96. num. 37. idem Rusti. qui supra lib. 5. c. 1. nu. 6. Pe-
guer. decis. 18. lib. 2. Fontan. claus. 5. glo. 10. par. 2. à num. 7.

Et

103 Et punctim pro distinctione superius in decisione animaduersa, Fular. q. 320. num. 86. & ex Ramon conf. 9. nu. 8. Peregrinus de fideicom. artic. 28. à num. 25. & plenius consil. 59. num. 4. Crauet. conf. 130. Suelues conf. 43. num. 33. tom. 2.

104 Prodeat tandem sententia lata die 21. Martij 1661. referente nostro magnifico, & egregio Relatore Iosepho Aleny, in causa nobilium coniugum Çaconominas, contra Christianam Cassador, & alios, not. Ferrer: cuius sententiæ verba, quæ nostrum tangunt institutum, hæc sunt, ibi: Cæterum (quidquid sit de coniectura grauaminis ob expressam vocationem in casu vulgaris) propositio illa, quòd quando filij in conditione positi sunt prius expressè vocati per vulgarem, non censentur vocati in ea parte, in qua sunt positi in conditione, procedit nisi in contrarium adsint uehementes, & urgentes coniectura voluntatis testatoris; nam tunc verius est censerì vocatos etiam per fideicommissum, cum eo ipso, quod sunt substituti vulgariter censentur ex coniecturis vocati ad fideicommissum in ea parte, in qua sunt positi in conditione. Nec est inconueniens, quod in eadem dispositione, imò in eadem clausula, quis sit vocatus per vulgarem, & per fideicommissariam, præsertim quando non adsunt verba restrictiua, aut repugnantia fideicommissi; imò caducitas vulgaris substitutionis per aditionem hereditatis aperit viam fideicommissariam, &c. E ibi inferitur: In presenti autem casu sufficientes inueniri patet; quia habemus coniecturam vocationis filiorum remotioris substituti extranei, scilicet Petri Pauli Bonauentura Bolet, quam in Senatu nostro canonizatam videmus; quæ quidem vocatio, etsi facta sit per vulgarem expressam, & ista patris, aut alterius cuiuscumque anterioris instituti aditione expirasset, verum tamen est, quod post acceptam hereditatem per Ioannem Baptistam Cassador proximiorum, & vita functo dicto Bolet remotiore substituto, adhuc istius filij succedere potuissent per fideicommissum ad hereditatem Petri Cassador testatoris: Dicuntur etenim etiam post aditam hereditatem vocati per vulgarem in fideicommissi, quæ vera fideicommissaria est, & dictus Ioannes Baptista testatoris, fi-

vacati restituendi herede
causa aditum.

lius, ceterique anteriores instituti, & substituti, etiam post aditam hereditatem gravati fuerunt per testatorem de restituendo illam si sine liberis decederent, per fideicommissum praedictis filijs remotioris substituti extranei; & ideo maiori cum ratione gravati, dicendi sunt de restituendo filijs suis, testatoris nepotibus, & magis dilectis. Et licet dicatur filios dicti Bonaventura Bolet, vocatos non esse per fideicommissum in ordine ad patrem suum post aditam per eum hereditatem; itaque videatur, nec vocatos dici debere filios proximioris Ioannis Baptistae Cassador in ordine ad patrem, ne plus detur in causato, quam in causante. At tamen certissimum est, quod in ordine ad hereditatem Petri Cassador testatoris, & in ordine ad Ioannem Baptistam Cassador non habent ampliore vocationem filij eiusdem Baptistae, testatoris nepotes, quam filij dicti Bolet extranei; quia eodem modo, quo illi, praedefuncto patre, & anterioribus vocatis sine liberis, succederent ad hereditatem ex patre adveniente post illius mortem per fideicommissum; ita similiter filij dicti Bolet extranei, praedefuncto patre, & vocati in anterioribus gradibus sine liberis successissent per fideicommissum ad eandem hereditatem, etiam Ioanne Baptistae adveniente post illius mortem sine liberis: Cum igitur filij dicti remotioris extranei per fideicommissum vocati dicantur a testatore, etiam casu quo Ioannes Baptistae heres esset; sequitur evidenter, quod si hanc vocationem non haberent filij eiusdem Ioannis Baptistae testatoris nepotes, deterioris essent conditionis, quam extranei, & minus a testatore dilecti, quod ius non patitur. Et cum filij positi in conditione, & ex coniecturis vocati, censeantur vocati sub illa substitutione, sub qua in conditione positi sunt, & filij dicti Ioannis Baptistae Cassador sine positi in conditione, sub verbo, quandocumque, & sic sub compendiosa, sub qua post aditam hereditatem fideicommissaria continetur. Dicendum est, post acceptam hereditatem per dictum Ioannem Baptistam, nobilem Mariam Caconomina per fideicommissum admitti debere; & etiam quia in presenti casu dictus Bolet remotior substitutus, vocatus est cum clausula illa, si tunc vixerit, & illius filij sunt substituti, cum illis verbis si extabant,

Nepotes

quandocumque

tabunt, & in casu quo Ioannes Baptista Cassador decederet
quandocumque sine liberis, seu cum talibus, qui decederent an-
te aetatem testandi, quæ substitutiones, cum plura contineant tē-
pora, & mortis mentionem faciant, compendiosa dicuntur, &
compendiosa etiam fideicommissariam continet, ut dictum est.
Et.

104 Ex qua decisione easdem habemus canonizatas, &
confirmatas propositiones, de quibus in duabus sententijs
antecedentibus, & plus habemus, nempe quod non officie
vocationi fideicommissariæ, quam appetimus, vocatio an-
tecedens per vulgarem expressam, quæ nõ obstante, cõcur-
rentibus sufficientibus coniecturis, non tollitur vocatio fi-
deicommissaria in alijs substitutionibus tacitè resultans.

105 Ut concludamus autoritate tanti Senatus præstā-
tissimi, tot illustrata rationibus, qua, nihilo alio indigemus,
ac proinde filios, & descendentes dicti Petri Angeli Çapila
in conditione positos, vocatos fuisse per fideicommissum ex
vocatione facta, etiam per vulgarem, filiorum Francisci Fi-
ualler remotioris substituti, taliter vt dictus Hieronymus fi-
lius dictæ Elisabethis Çalbà, & Çapila, & nepos dicti Petri
Angeli Çapila, fuerit vocatus per fideicommissum.

ARTICVLVS III.

106 **E**Xpositis iam supradictis, vt ea euitet nob. aduersās,
Ead aliud recurrit, dicens, quod dato, quod dictus
Hieronymus Çalbà nepos dicti Petri Angeli Çapila, esset etiã
per fideicommissum vocatus, non tamen eo deficiente sine
filijs, grauatus esset restituere hereditatē filijs, seu descende-
ntibus filiarum dicti testatoris, quæ iam erant præmortuæ: eo
quia, dato quod vocatio filiorū dicti Fiualler remotioris, &
extranei substituti in flueret vocationē per fideicōmissum in
dictum Hieronymum; illa tamen actiua fuisset, non passi-
ua, vt scilicet ipse, nõ esset grauatus amplius restituere, &c.

107 Cæterum huic difficultati dupliciter respondemus.
Primò,

Primò, quòd huic casui iam prouidit testator expressè substituendo filias suas æquis partibus, & portionibus, decedentibus filiis dicti Petri Angeli sine filiis, ibi: *E si era cas, lo que Deu no vulla, que lo dit Perot Angel Çapila moris quant que quant sens fill, ò fills, filla, ò fillas, de legitim y carnal matrimoni procreat, ò procreats, è si morrà ab tal, ò als fills, que no peruinguessen à edat de 16. anys, ò si dits fills, ò filles morien sens fills, ò encara si descendents nos trobassen quant que quant del dit Perot Angel Çapila, &c. vull que en qualseuol dels casos sobredits, que los dits bens per mi donats al dit Perot Angel Çapila, sien partits entre las ditas tres fillas mias, &c. y en dits casos substituésb las ditas fillas mias als altres demunt dits, &c. scilicet filijs, & descendentibus omnibus dicti Petri Angeli Çapila, morientibus quodocumque sine filiis, vt dictū est.*

108 Ex qua clausula videmus vltimum descendente[m] dicti Petri Angeli Çapila grauatum esse per fideicommissariã contentam sub compendiosa, sub illis verbis: *O encara si descendents nos trobauen quant que quant del dit Perot Angel Çapila, &c. ponderata principaliter coniectura vocationis resultantis ex vocatione filiorum Francisci Fiualler vltimi, & extranei substituti, vt latius supra proximè dictum est.*

109 Modò, quòd dictus Fr. Hieronymus Çalbà (qui fuit vltimus descendens masculus dicti Petri Angeli Çapila) grauatus fuisset restituere hereditatem filijs, vel descendentibus dictarū Eleonoris, Hieronymæ, & Stephanix, eis premortuis, & sic passiuè vocatus, patet ex illis verbis, ibi: *Ordenant, y volent, per escusar caducitat en lo present meu testament (la qual no vull, que en ninguna manera puga esser) vull y orden, que sequint se lo cas, ò casos demunt expressats, è tota la b ra, è quant la successio de la mia heretat haze venir à las fillas mias, ò los substituits mencionats en lo present meu testament eren premorts, ò mortes, ò hauent deixat fill, ò fillas, ò descendents de legitim y carnal matrimoni procreats, vull que tal fill, ò fills descendents, succebesca, ò succebescan en lloch de la dita filla, ò fillas mias, ò altre mencionats, &c. quod magis forti-*

47

fortificatur ex illa clausula tam clara, ibi: *Vull, que tot co, y*
quans los ser à donat, ò tot lo en que hauràn succehit, llevada la
llegisima, sia vinclat, ò sie subjecte à vincle, y fideicommis à tots
los fills, y filles del dit Perot Angel Çapila, y encara à tots sos
descendents, &c.

Cumque tempore professionis Fr. Hieronymi Çal-
bà filij Elisabethis, & nepotis dicti Petri Angeli Çapila, qui
fuit ultimus descendens illius, ut dictum est, & eo tempore
professionis illius, purificata fuit cōditio, *si sine liberis*, ex ex-
pressa, & clara volūtate, & dispositione nostri testatoris ex-
cludentis, & incapax facientis Monasterium à sua here-
ditate, quam etiam in vim priuilegij Regis Iacobi, &c.
omnes dictæ sorores filia dicti testatoris præmortuæ es-
sent, superstitibus ex dicta Stephania de Gualbes nobilibus
don Francisco de Rocaberti filio nobilis Annæ de Rocaber-
ti, & nepote dictæ Stephanix, & etiã nobile Phederico Vi-
lana filio Elisabethis Vilana nepote etiam dictæ Stephanix,
qui fuit substitutus per dictam Annam de Rocaberti dicto
Francisco de Rocaberti eius filio morienti quodcumque
sine filijs, pro ut sine eis cōstat illum decessisse; & sic prædi-
cto tēpore concurrebant in dicto Phederico Vilana, (à quo
ius, & causam habet nobilis Franciscus Vilana agens nunc
per medias personas don Philippi, & alterius don Francisci
patris, & auj suorum) ambæ qualitates, scilicet, uti descen-
dens dictæ Stephanix, & uti heres substitutus dicti don Frā-
ncisci de Rocaberti, & consequenter actiuā, & passiuam vo-
cationem habuisse, ut præfertur.

112 Igitur concludendum est, ad dictum Phedericum
Vilana pertinuisse successionem, de qua disceptatur.

113 Secundo responderur, quod quando tam claram,
litteralem, & expressam non haberemus nostri testatoris vo-
luntatem & dispositionem, vocando actiuè, & passiuè om-
nes descendentes dicti Petri Angeli Çapila, & descendentes
filiarum suarum, ut dictum est. Generale est, quòd concur-
rentibus coniecturis sufficientibus, vocatio filiorum, & des-
cenden-

cendentium, censeretur actiue, & passiuè facta: vt latè Peregrin. de fideicom. artic. 18. num. 14. § 18. Cassiana. cons. 46. nu. 14. Menoch. presump. 71. num. 75. lib. 4. Decian. cons. 1. num. 47. lib. 1. Surd. cons. 412. num. 4. Ramon cons. 9. num. 7. Canc. variar. 1. cap. 11. num. 121. Fusar. q. 441. à nu. 17. ad finem. Peguer. decis. 101. in fine, Rota apud Ottobon. decis. 113. & penes Rube. tom. 5. decis. 216. à num. 13. Castillo plures allegans suo more contro. lib. 5. cap. 110. à num. 16. ad fin.

Et hoc procedit etiam quando filij in conditione positi, sunt vocati ex coniecturis, Ripa in l. heredes mei, §. cū ita, ff. ad Trebellian. Socin. iun. cons. 176. num. 17. 18. § 19. vol. 2. Anchar. cons. 74. Rusti. in trac. quan. lib. 5. tit. 9. num. 10. § lib. 6. tit. 5. num. 17. Menoch. presump. 62. num. 59. lib. 4. Rota apud Seraphin. decis. 939. num. 3. Ioan. del Castillo deci. 153. nu. 53. tom. 2. Rota apud Rube. par. 6. recentior. decis. 284. num. 16. § 18. allegans Fusar. q. 471. num. 7.

114 Maximè in descendensibus testatoris, in quibus ex qualibet etiam leui coniectura inducitur passiuua vocatio & perpetuum, decensuum, ac reciprocu fideicommissum: optimè Galuanus cons. 34. num. 118. Anfald. cons. 114. nu. 14. § 109. Redenschi. cons. artic. 2. nu. 131. benè nouissimè Rota coram Arguelles apud Cens. ad Peregr. in fine decis. 10. nu. 8. Iul. Clar. in §. testamentum q. 38. vbi ait, quòd ipse ita intrepidè consuleret, & iudicaret, Cæsar Barz. decis. Bonon. 7. num. 9. qui plures allegat Capicius Latro decis. 1. nu. 55. cum multis sequentibus.

115 Et etiam præmaximè vbi coniecturæ sunt à nostro vel alio Senatu receptæ; quia tunc illa cōiecturalis vocatio, habetur pro expressa, vt tenent Anfald. cons. 110. num. 30. Laderq. Imola cons. 169. num. 5. Galuan. cons. 34. num. 36. Anel. Amat. cons. 100. num. 19. cum seq. Oddus de compendiosa part. 5. q. 1. art. 6. Peregrin. cons. 59. num. 2. Marta de succes. lega. par. 1. q. 19. artic. 5. num. 3. § 11. Barz. decis. 6. num. 7. Capici. Latro decis. 1. num. 107. § 111. Giouagno. cum pluribus decisionibus cons. 81. num. 3. lib. 1. & post Censal. in additio. ad

Pere-

Peregr. *decis.* 23. § 33. *num.* 13. Rota Ludouif. *decis.* 315. *nu.* 10. nouissimè Redenafch. *in cons.* 9. *per tot.* signanter à *nu.* 74. ad 82. vbi multis laudatis affirmat non requiri expressis verbis esse conceptam vocationem eorum, inter quos reciproca substitutio vult induci; sed sufficere esse in cōditione positos, & ex coniecturis approbatis, vocatos, & dixit *artic.* 2. *dicti consilij num.* 125. cui addimus Altogradum *cons.* 92. *n.* 3. omninò vidend. Castillo *decis.* 153. à *numer.* 49. & nostrates Fontan. *decis.* 147. *num.* 9. Peguer. *decis.* 109. Canc. *var. lib.* 3. *cap.* 2. à *num.* 94.

116 Coniecturæ autem à DD. approbatæ, quibus inducitur passiuæ vocatio inter descendentes testatoris, præcipuè sunt illæ; nēpè quando adfunt in testamento verba collectiuæ plurium graduum, & personarū insitamque, implicitam, ac virtuales perpetuitatem continentia, tractum ve in futurum temporis importancia, vt si vsus fuerit testator his verbis, *descendentes, posteritas, proles, familia,* & post dicta verba addiderit; *de vno in alium, vel gradatim, successiuè, vel alijs similibus idem denotantibus:* vt dicit Peregrin. *artic.* 18. *num.* 19. Gabriel. *de fideicom. concl.* 8. *nu.* 6. Canc. *var.* 1 *cap.* 1. *num.* 131. Mart. *cons.* 18. *num.* 3. & *cons.* 168. *nu.* 22. Fusar. *quæst.* 479. *num.* 53. Rubeus *par.* 8. *recentior. decis.* 41. tota signanter *num.* 16. Viuius *decis.* 186. *num.* 1. *lib.* 7. Valenzuela Velazq. *cons.* 97. *num.* 189. Alij exemplificāt si testator vsus fuerit verbo, *in defectum, vel deficientibus, vel decedentibus sine filijs,* vel alijs idem importantibus: Peregrin. *dicto arti.* 18. *num.* 16. Rota penes dictum Rubeum *par.* 9. *recentior. tom.* 2. *decis.* 327. *num.* 1. Cephal. *cons.* 150. *num.* 15. Riminald. iuni. *cons.* 412. Menoch. *cons.* 106. *num.* 342. Fusar. *cons.* 68. *num.* 4. § 183. *num.* 27. & 28. quos sequitur Rota apud Rub. *par.* 6. *decis.* 371. *num.* 6. § *par.* 5. *recen. decis.* 216. à *num.* 9. § 269. *num.* 15. quia cum huiusmodi verba deficientibus, & decedentibus, &c. ex sui natura habeant successiuam deficientiā post mortem, ideo passiuā vocationem inducunt, & denotant perpetuum, & successiuum fideicommissum: maximè

per totum
ordem
descender

in defectum

deficientibus

50
quando testator vocationem fecit nō per verba directa, sed
per obliqua, & communia, quæ de facili obliquantur, Pe-
regr. d. artic. 18. num. 13. Cassana. in cons. 46. num. 24. § conf.
49. numer. 8. § 12. Menoch. presumpt. 71. nume. 7. Castillo
lib. 5. contro. cap. 110. num. 17. Gratian. c. 828. à num. 29. cum
seq. Rub. d. par. 9. deci. 327. à nu. 1. par. 2. quæ omnia vellan-
tur in terminis passiuæ vocationis ex eleganti decisione Ro-
tæ relata per Censal. ad Peregr. in fine decis. 10. tota, & ex tra-
ditis nouissimè per Ioan. Baptist. Chiarlin. contr. lib. 2. cap. 219.
à num. 59. cum seq. omni. vidend.

117 Noster testator in sua dispositione omnibus ferè
verbis superius expressis, vsus fuit, vt constat, ibi: *Sie vin-
clat, &c. y encara à tots sis descendents*, quibus in sequenti-
bus omnibus gradibus semper vsus fuit, quòd verbū perpe-
tuitatem inducit, Ioan. Bap. Chiarlino 2. contro. cap. 219. à n.
22. 71. & 72. Fab. lib. 6. tit. 8. diffin. 6. num. 10. Ioan. Anton.
Bellon. cons. 26. num. 21. cum seq. Rubeo pulchrè decis. 366. n.
5. in terminis nostræ passiuæ vocationis omninò viden. tom.
2. par. 4. recent. & decis. 357. num. 11. necnō Ioan. Bap. Chiar-
lin. cont. c. 11. toto, qui latissimè ex simili nostra clausula fidei-
commissum perpetuum, reciprocum, & successuum indu-
ci pluribus argumentis firmat. Secundò, ibi: *Succehint en
tots los d'is bens per mi donats, per orde de successio*, quòd idem
est, ac si dixisset *successinè*, quòd verbum aptissimum est ad
inducendam passiuam, & perpetuum fideicommissum. Pe-
regrin. d. artic. 18. num. 19. Menoch. d. presump. 71. nu. 16. Ru-
be. dict. par. 4. decis. 41. à numer. 1. Fusarius quest. 479. num.
47. § 384. n. 7. § 480. n. 51. § 382. n. 57. Leo decis. 60. n. 44.
§ 45. pluribus citatis, Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap.
5. num. 39. Tertio, vsus fuit verbo, *quandocumque*, ibi: *E si
era cas, que lo dit Pere Angel Capila moris, quant que quant,
& ibi inferius: O encara si descendents nos trobassen quant que
quant, &c.* quòd verbum, *quant que quant*, implicitam ha-
bet compendiosam, sub qua continetur fideicommissaria, vti
plurium temporum distributiva, Cassana. d. cons. 46. nu. 54.

quant que quant.

51

Menoch. *presump.* 71. nu. 11. Altogra. *conf.* 92. à nu. 1. Barzi. *decis.* 9. num. 32. & 33. Fachinc. *conf.* 44. num. 5. Peregrin. *de fideicom.* arti. 34. num. 8. & 9. Giurba *decis.* 11. num. 3. Castillo *decis.* 132. à num. 33. Surd. *decis.* 37. num. 8. Fontanella *decisio.* 41. à num. 4. Censal. ad Peregri. *artic.* 34. *vers.* Addo, pag. 222. Redenssch. *conf.* 58. num. 164. Giouagn. *conf.* 79. lib. 1. n. 54. & antea num. 24. Menoch. *presump.* 76. nu. 95. & *consil.* 325. num. 43. & 45. Rota *post tract.* Cens. *decis.* 10. num. 6. cum multis dixit induci passiuam vocationē, pulchrè Ioan. Bapt. Chiarlino *contr.* 1. cap. 11. toto & num. 13.

118 Quartò, ibi: *O encara si descendents nos trobassen,* quod idem est, ac si dixisset deficientibus omnibus de familia dicti Petri Angeli Capila, quæ verba ex sua propria natura successiuam deficientiam per mortem omnium, & vocationem passiuam per fideicommissum omnibus iniunctum significant, Rota apud Censalium *in fine decis.* 10. *tota sign.* nu. 10. Menoch. *conf.* 106. num. 342. Cæphal. *conf.* 150. nu. 15. Riminald. iunior. *conf.* 412. num. 73. & seq. Fusar. *conf.* 68. nu. 4. & *conf.* 183. num. 27. & 28. Rubco *par.* 6. *recent. decis.* 341. nu. 6. latè Castillo *decis.* 153. num. 60. 66. & seqq. Fusar. *q.* 480. n. 89. & 92. benè ad institutum Capic. Latio *decis.* 1. num. 48. Marta *de succes. legal.* par. 1. q. 9. *artic.* 9. nu. 13. Bellon. *conf.* 12. num. 27. Rota apud Rubco *par.* 5. *recent. decis.* 216. nu. 13. Burat. *decis.* 689. tota omninò videndus, qui eleganter rem ad nostrum intentum attingit.

119 Quintò, ibi: *Substituint la vna à las otras,* quod idem est, ac si testator dixisset, *de vno in alium, seu gradatim* quæ verba sui natura tractum temporis successiuum important, & à Doctoribus ponderantur vnanimiter pro fideicommissio perpetuo successiuo, ac vocatione passiuâ, Carena *resol.* 163. num. 31. Valenz. Velazq. *conf.* 97. à num. 189. Rubco *par.* 8. *recen. decis.* 141. Menoch. *conf.* 941. nu. 13. Adden. ad Molin. *lib.* 1. cap. 5. num. 39. Fusar *q.* 277. num. 10. & *q.* 382. nu. num. 54. 55. Sesse *decis.* 412. num. 79. Simon de Prætis *de interp. f.* l. 280. à num. 8. Peregrinus *artic.* 32. num. 43. & *arti.* 18.

deficientibus omnibus

*de uno in alium
seu gradatim*

52
num. 19. Ofalch. decis. 81. numer. 15. Menochi. presump. 68. lib.
4. Petra de fideicom. q. 5. num. 7. Cæphal. cons. 449. nu. 8. Sella
decis. 254. num. 54. in responsio. post decis. & nu. 95. tom. 3. Sur-
dus cons. 241. num. 31. Gozadin. cons. 52. num. 5. eleganter Leo
decis. 63. nu. 44. & 45. facit Fontanel. cum R. A. de pactis
1. claus. 4. glo. 9. par. 3. num. 10.

120 Ex quo disposuit pariter noster testator, ibi: *O en
altra manera contrafahent* (dum loquitur de prohibitione a-
lienationis inferius latius dicenda) *a la present mia ordinacio
vull, que lo dret de aquell sia trasferit al altre, que après del qui
tal fara, serà cridat en lo present testament, &c.* si ergo testa-
tor ordinavit, quod vocati in dicto casu priventur hereditate
seu quod auferatur ius successionis, & transferatur in proxi-
mè vocatum, supponitur de necessitate ex natura dictorum
verborum, quod hereditas delata, & adita fuerit à primis in-
stitutis, & sic expirasse vulgares substitutiones, vulgata *l. post
aditam, C. de instit. 4. subst.* & substitutionem postea esse de-
bere fideicommissariam.

121 Septimò, quia in nostro testamento adest expressa
prohibitio alienationis, quia vult suam hereditatem vincu-
lo subiecci favore descendendum adiectis pœnis privatio-
nis, quàm coniecturam ad passivam, & reciprocam substi-
tutionem cum multis sufficere videtur, vt eleganter dixit Ro-
ta apud Rubeu. tom. 2. par. 4. rece. decis. 209. a num. 20. & apud
Peña decis. 1615. num. 19. & latius decis. 436. tota.

122 Octavò, ponderando emphatica illa verba, ibi:
Volent hi sien tots compresos del darrer, fins al primer inclusivè,
per quod inducitur voluisse testatorē omnes descendentes,
de quibus in singulis gradibus, & substitutionibus loquu-
tus fuit perpetuo, & successivo fideicommissio passivè esse
gravatos, quia volens omnes esse comprehensos sub dicta
prohibitione, & gravamine in necessarium consequens in-
fertur omnes esse vocatos activè, & passivè, cum etiam ne-
cessariò ex vi dictorum verborum tractus successivus sine
temporis præfixione perpetuitatem continens desumatur,

33
ex traditis per Menoch. *cons.* 941. n. 13. lib. 10. § *presump.* 68.
num. 7. § *presump.* 69. num. 12. lib. 4. Mieres de maioratu 2. p.
q. 5. num. 34 tom. 1. Cæphal. *cons.* 134. num. 3. lib. 1. Ruin. *cons.*
151. num. 7. vol. 2. Grassis in §. *fideicom.* q. 4. num. 16. Fusarius
q. 480. num. 51.

123 Nonò, tandem quia testator noster ad quamplu-
res digressus fuit gradus substitutionū, ex quo censetur vo-
luisse inducere tractum temporis successiuum, & sic perpetuum
fideicommissum inter omnes actiuè, & passiuè: ita Pegue. *decis.* 103. Rota Rom apud Redenasch. coram Arguelles
cons. 58. nu. 80. & apud Farinacium *par.* 1. *recent. decis.* 320.
num. 19. & apud Rubeum *par.* 5. *recent. tom.* 1. *decis.* 180. nu. 6.
§ 7. § *decis.* 6. num. 14. § *decis.* 194. num. 72. § *decis.* 195.
num. 8. plenius *par.* 8. *decis.* 98. à num. 4. & *decis.* 14. num. 16.
Cæsar Barzi. *decis.* 10. à num. 7. benè Rota, & eleganter apud
Censal. in *sine decis.* 10. num. 10. Peña *decis.* 1615. nu. 17. Ludou-
uisius *decis.* 337. num. 6. § 7.

124 Decimò, ex qualitate bonorum, & nobilitate testa-
toris, & eius familia fideicommissum censetur repetitum de
vno ad aliū actiuè, & passiuè, quia interest, nostra quod bo-
na immobilia præsertim, ita, qualificata remaneant in fami-
lia, l. *si in emptione*, ff. de *min.* ex Tiraquello de nobilitate, &
multis alijs laudatis dicit Valenz. Velazq. *cons.* 40. à num. 19.
cum seq. tom. 1.

125 Quibus coniecturis addimus plures aliàs à nobis
ponderatas à numero 65. ad 79. quæ iunctæ maximè in des-
cendentibus quādo singulæ nō sufficerent, tamen coaceruatæ
clarè inducunt dictam passiuam vocationem.

126 Tandem pro choronidè nostri discursus animad-
uertimus prohibitionem factam per nostrum testatorē alic-
nationis bonorum suorum, tam in principio dispositionis,
quàm in fine illius: in principio, ibi: *Prohibint expressamēt,*
que ninguna de las proprietats, que après mon obte vindran en
mans y poder del dit Perot Angel Çapila, o de sos fills descendētis
no pugan esser empenyorades, o alienades, per qual senol via, o
rabo

54
rabo, ò causa voluntaria, ò forçada per urgent que sia per dit
Perot Angel Çapila, ni per fills, è descendèis sens, car totes vull
sian subjectes als vincles, y fideicòmmissos posats per mi en lo pre-
sent meu testament.

127 In fine versic. enxiús, ac efficacius, ita: *E mes vull
y orden, que si per prechs, ò per altres qualssevol occasio forçada, ò
voluntaria alguna de ditas fillas mias, fills, ò hereus llurs, ò al-
tre substituit, en ditas cosas fermaria en alguna alienatio de di-
proprietats, ò à altres bens meus, è ho renunciava en tot, ò en
part als vincles per mi en favor de ells posats, vull, q̄ en tal fer-
ma, ò renunciació, encara q̄ fos feta per via de donacio, ò tran-
sactio, ò permutacio corroborada ab jurament, no vull que va-
lega, ni sia de efficacia alguna, ans vull lo qui tal farà transgint
permutant, ò en altra manera contrasent a la present mia ordi-
nacio, vull, que lo dret de aquell sia transferit al altre, que après
del qui tal farà serà cridat en lo present meu testament, volent
hi sien tots compresos des del darrer fins al primer inclusive.*

128 Et augendo volútatem circa dictam prohibitionē
prosequitur, ita: *E si tots los cridats en lo present meu testamēt
venian à condecendrer y complaurer al dit Perot Angel Çapi-
la, fahent contra la mia prohibicio, y alienacio, vull, que tot lo
dret de tots en lo que seria donat, renunciat, transgint, ò permutat,
sie adquirit al Hospital de Santa Creu de Barcelona, è si per
los administradors del dit Hospital, sobre dites cosas ere fet pacte
algun, renunciant, transgint, permutant, ò venent, tal venda,
permuta, renunciació, ò transactio, no vull haje valor, ni lloch
algun; ans en tal cas priuo lo dit Hospital del dit dret; y vull sia
transferit a la Almoyna de la Sen de Barcelona.*

129 Ex qua tam geminata prohibitionē alienationis
facta omnibus institutis, & substitutis, tam descendentibus,
quàm extraneis, bonorum Petri Angeli Çapila intexta
bis suo in testamento tam in principio, quàm in fine ipsius,
desumitur voluisse dictum testatorem perpetuum, ac suc-
cessivum inter eos constituere fideicommissum, non in ca-
sum contrafactionis tantum, sed simplex, & absolutum in
casum

55

casum mortis ; quia prohibitio prædicta facta per nostrum
testatorem non est restricta ad certas personas, nec ad certos
gradus, nec dependet prohibitio à dictis substitutionibus,
sed de per se, ac principaliter fuit apposta ubi postquam vo-
luit, quòd omnia bona sua (præter dotes filiarum) & omne
& quidquid donatum fuit, & in omni quo filij, & descendē-
tes successerint, sit vinculo, & fideicommissò subiectum, ad-
dit hæc verba, *prohibent expressament, &c.* per verbum dis-
ponēs, quod nec dictus Petrus Angelus Çapila, nec filij, nec
descendentes ipsius possint alienare, &c. concludens ita per
modum rationis, & causæ : *Car totes vull sien subjeçtes als
vincles, y fideicommissos posats per mi en lo present meu testa-
ment, &c.* ecce quod testator in hac clausula ad tria direxit
suam enixā voluntatem, primò, & principalitèr in eo quod
voluit omnia sua bona esse vinculata, tam dicto Petro An-
gelo Çapila instituto, quàm etiam filijs, & omnibus illius des-
cendētib⁹. Secūddò, circa prohibitionē omnibus descendētib⁹
inimūctam. Terriò, circa rationem, *quia voluit*, & ut enixi⁹
consideretur testator ad id, non contentus his qui supra di-
xerat cauti⁹, & vberius postea in fine totius dispositionis
post multos digressus substitutionum gradus clausula sepa-
rata, & de per se stante, incipiente : *E mes vull, y orden, que
per prechs, &c.* confirmando, & augendo suam voluntatem
conseruandi semper vnita bona penes omnes descendentes
Petri Angeli Çapila poenam imposuit omnibus institutis, &
substitutis, tam nominatis, & cognitis, tam non nominatis
& incognitis in casum contrafactionis, quod bona omnia
prædicta ad Hospitale sanctæ Crucis præsentis Ciuitatis, cui
simili modo contrafaciente, piam Eleemosynam Sedis Bar-
cinone substituit.

130 Perque omnia circa nobis ponderata, nullam po-
test intrare dubium, an ex dicta tam prægnanti prohibitio-
ne, cum tam magno verborum apparatu facta resultet sim-
plex perpetuum, & absolutum fideicommissum in casum
mortis ; quia quando hæc clausulæ : *Item volo, quia volo, &*
simi-

quia volo.

36
similes, stant principaliter, & de per se non enunciatiuè, nec
illatiuè ad alias inducunt simplex, & absolutum fideicom-
missum inter omnes comprehensos sub dicta clausula, & ra-
tione, ita de communi testatur Menochius *conf. 197. num. 29.*
¶ seq. & conf. 900. num. 12. & 132. num. 7. & conf. 188. vbi de
vera, & recepta ista sententia testatur plenè *Marta cõf. 84. n.*
6. ¶ vers. 18. num. 7. ¶ 8. Gratian. *discep. 928. num. 4. in fin.*
¶ seq. & cap. 828. vbi optimè ad casum nostrum copiosè
Peregrin. *de fideicom. arti. 14. num. 14. & conf. 45. nu. 16. lib. 1.*
Surd. conf. 67. & 96. Fusar. *de substi. q. 480. num. 23. ¶ 37. ¶*
quæst. 683. tota, Thesaur. *decis. 96. nu. 30.* vbi de receptissima
Doctorem opinione testatur Bellonus *conf. 1. num. 74.* qui
etiam de magis recepta in iudicando penes Tribunalia, & ita
iudicatum à Senatu Pedemontano refert, & in sacro Roma-
no Auditorio pluries fuisse decissum, tenet Rota *decis. 568. p.*
1. diuers. vbi quod semper, ita resoluit Rota, & ibi conciliã-
tur omniũ DD. cõtrariæ opiniones, Merenda *cont. 1. c. 40. n.*
7. usque ad 23. lib. 17. vbi plures clarissimorum Doctorem, &
supremorum Italiae Tribunalium, & exterorũ congerit de-
cisiones, post quos omninò vidend. Cæsar Carena *resol. 163.*
à num. 7. cum seq. qui pulcherrimè rem declarat, *¶ num. 10.*
ita, iudicasse suum Senatum pluries testatur eleganter Rede-
nasch. *conf. 60. a numer. 66. cum seq.* omnium latius no-
uissimè tum Ioann. Baptista de Thoro in compendio de-
cisionum *par. 2. verb. Fideicommissum simplex, & absolutum,*
pag. mibi 230. tum Ioan. Baptist. Chiarlin. *contr. 1. cap. 11. toto,*
¶ a num. 18. cum seq. & plenius lib. 2. contr. cap. 219. ferè toto,
signanter num. 22. cum seq. & a num. 219; qui hoc vltimò ca-
pite omnia ad victoriam huius causæ non minùs latè quam
eruditissimè percurrit.

131 Ad cuius clõnis pleniorè firmitatè sequentes subiũ-
gimus rationes. Prima ea sit, quia nostræ clausulæ inchoate
fuerunt per caput principale, in illis verbis: *Prohibent ex-*
pressament, & infra: *E mes vull y orden,* quo casu dispositio
stat de per se, & independenter, & dispositionem separatam
indu-

prohibent

inducunt Gratian. *discep.* 828. *nu.* 10. *vsque ad* 15. *Carena res.* 163. *num.* 14. § 15. *Rota decis.* 568. *par.* 1. *diuers.* cum multis, & apud Farinacium *in recentioribus deci.* 193. *nu.* 8. *par.* 1. vbi quod quando clausula habet verbum separatum dicitur stare de per se, quia verbum, *volo*, est dispositiuum, & ordinat principaliter Menoch. *conf.* 197. *num.* 21. Purpur. *conf.* 375. *n.* 12. *vers.* *Quando quia*, *Surd. conf.* 67. *num.* 13. Chiarlin. *constr.* 2. *cap.* 219.

132. Secunda ratio, quia ante prohibitionis dicta verba, testator hæc protulit: *Vull que tot ço, y quant los serà donat, ò tot lo en que hauran succebit en qualsenol manera, llevada la legitima, sia vinculat, ò sia subjeete a vincle, y fideicomis a tots los fills, y filles del dit Perot Angel Çapila, y encara a tots sos descendents, quæ ibi non fuerunt posita per modum rationis, neque cuiusdam enunciationis alicuius futuri euentus, sed principalis dispositionis, quo in casu nemo vnquam dubitauit, quin inductum censeatur perpetuum, & absolutum fideicommissum, Petra de fideicom. q. 5. *num.* 10. § 127. *Peregrin. art.* 14. *nu.* 13. & *conf.* 45. *nu.* 4. *lib.* 3. vbi in causa Cremonensi, ita respondit, & concludit, nullum in his terminis extare contradicendum, sequitur Intrighol. *cent.* 3. *cap.* 72. *nu.* 51. vbi testatur de communi opinione Franciscus à Ponte *in conf.* 46. *num.* 38. Roland. à Valle *conf.* 20. *num.* 10. *lib.* 1. quod proficetur subtiliter Redenssch. *conf.* 60. *num.* 15.*

133. Tertia ratio, quia dicto verbo, *volo*, dispositiuo præcedit, & antecedit dictio illa, *car*, quæ latino sermone significat, *quia*, *vel*, *quoniam*, quo casu importat principalem dispositionem, *Carena resol.* 163. *num.* 17. cum multis qui ita tenet ex Camillo Bor. *Mediolanense* postea præside Magistratus *in conf.* 31. *num.* 27. *post medium, vers.* *Tum quia*, adest clausula dispositiua, *quia volo, &c.* *lib.* 2. *ult.* *volanta.* cui ait, subscripsisse omnes insignes aduocatos *Mediolanenses* illius temporis, & primarios *Curia Romanæ Rota in recent.* *par.* 1. *deci.* 193. *num.* 8. § 9. vbi semper considerat vim dictæ dictionis, *quoniam*, & vim verbi *volo*.

car.
quia volo.

134 Augentur hæc dicta (& sit quinta ratio) quia ratio expressa per verbum, *quia, vel quoniam, volo*, in hoc casu dictum, seu dispositionem ampliat ne enixa, testantis voluntas pereat, & tota fideicommissi machina labatur, secundū quod debet regi ideoque non tam dictum (quod expressum est) quam dicti ratio attendenda venit, ut pluribus extollit Redenssch. *cons. 29. num. 3. Decian. cons. 50. num. 15. lib. 1. & subtiliter Cassanate cons. 33. n. 13.* quibus adiungitur id quod in simili nostro casu ponderat, latè Ioan. Bapt. Chiarlin. omninò videndus *contro. lib. 2. cap. 219. a num. 39. cum seq.*

135 Sexta ratio, quia causa finalis nostri testatoris, ut colligitur tam ex prohibitione superius quam in fine posita (quam ex pacto inito in dictis capitulis matrimonialibus cū dicto Petro Angelo Capila, ut infra dicemus) fuit conseruatio, & vnio perpetua bonorum penes descendentes, & ob id fuit facta prohibitio, multum namque differunt, ut concepta sit prohibitio alienationis, ut bona non alienentur extra familiam, an vera dicendo, *quia volo*, ut conseruentur bona inter descendentes. Primò enim casu, ut bona remaneant in familia est effectus prohibitionis extra eam, & ab ea vestitur prohibitio. Secundò verò casu, quādo ponitur clausula, *quia volo*, per eam sequitur alienationis prohibitio non è contra, quo fit ut conseruatio bonorū non oriatur ex prohibitione alienationis, sed tantum ex conseruatione bonorū penes descendentes prohibitio nascitur. Fusarius *quest. 480. num. 43. & q. 679. num. 19. Bellon. cons. 23. num. 56. versicul. Quidquid sit, Surdus cons. 66. numer. 21. in fine, latè Beroius cons. 176. nu. 56. pluribus laudatis Redenssch. cons. 29. a nu. 38. cum seq.*

136 Septima ratio, quia geminauit testator dictū verbū *volo*, in prima, & vltima clausula, quo casu cum vnūquodque ex prædictis verbis sit dispositiuum, & aptum inducere fideicommissum, fortius id efficiunt simul vnitæ, dictæ clausulæ Nota *diuers. d. decis. 168. nu. 5. par. 1. n. 5. Decius cons. 23. num. 2. Carena resol. 163. num. 19.*

59
Oitava, quia in dictis clausulis adiecta est prohi-
bitio vestita, vt de magis communi, & approbata, te-
nente Rota decis. 203. num. 3. par. 2. recent. § decis. 193. num. 6.
par. 1. § decis. 320. nu. 23. in fin. eod. lib. Ioan. Baptist. Chiar-
din. comp. lib. 2. cap. 219. a num. 32. 33. & seq. Fontan. de pact.
alibi § 2. glo. 25. in fin. num. 93. Menoch. cons. 900. nu. 7. Bello-
rus sub § 6. num. 19. cum multis Carena resol. 163. num. 28.
lib. 2. § 30. qui multis laudatis, subdit, quòd tunc dicitur
vestita quando adiecta est per testatorem clausula irritans, &
annullans alienationem, Rota penes Censalium decisio. 31. a
num. 20. post tract. omninò vident. Rubens tom. 2. par. 4. recen.
decis. 357. tota. Fusar. q. 685. num. 18. § 19. & præcipuè quã-
do adest specialis vocatio, non alienantium, pulchrè Ioann.
Baptist. de Thoro cum multis part. compend. decisio. verb. Fi-
deicommissam, pag. 231. ver. Secunda adducitur vestis, Marta
de succes. legal. par. 4. q. 21. art. 8. nu. 71. ver. Item in casa, The-
saur. iuni. quest. for. 117. nu. 8. § 9. quæ quidem duæ conside-
rationes expressè inueniuntur in dictis clausulis.

138 Nona, quia adsunt verba illa, *volent hi sien totis*
còpresos de fidel darrer, fins al primer inclusiuè, ex quibus ver-
bis veniunt nedum filij dicti Petri Angeli Capila, sed successi-
uè, & gradatim omnes descendentes vique ad vltimum ex-
traditis per Carenam resol. 163. numer. 31. Redenasc. cons. 60.
num. 47. Peregr. cons. 45.

139 Decima, & quidem efficax est ratio superfluita-
tis vitandæ ponderatæ à Doctõribus, quæ aliàs eueni-
ret, & contingeret si dicta ratio, *quia volo*, adiecta prohibi-
tioni alienationis, non induceret simplex, & absolutum fi-
deicommissum in casum mortis esset namq; superuacua, &
otiosa, benè Altograd. cons. 92. num. 28. 29. § 31. Redenasc.
cons. 29. num. 46. & meliùs, ac fusiùs cons. 60. nu. 21. ibi: *Ne*
superflua dicatur, cum maximè per specialem illam substitutio-
nem in casu alienationis, absque alio, precedens prohibitio alie-
nationis esset vestita, valida, & efficax, & infra num. 66. cum
seq; latissimè: Burs. cons. 127. num. 40. Peregrin. cons. 51. num.

filij testatoris

quia volo

11. & 12. Decius *conf. 92. num. 4.* Duran. *decis. 126. à num. 9.* benè nouissimè Rota apud Censal. ad Peregrin. *post tract. decis. 31. num. 23. in fin.* & latius Ioan. Baptist. Chiarlin. *contro. lib. 2. cap. 219. ferè toto, omninò viden. & signanter num. 128.* & in fortiorib⁹ terminis Surd. *in deci. 83. tota, vbi quãvis fœminæ iam dotatæ, fuissent expressè exclusæ à successione per testatorem, & tantùm vocatæ ad exclusionem fisci in casû delicti commissi per masculos vocatos, tamen quia in prohibitionis clausula erat ea adiecta ratio per testatorem, quia volo, &c. fuit decisum admittendas esse ad dictum fideicômmissû fœminas, adhuc in casû mortis, eo quia ex ratione adiecta prohibitioni alienationis resultauit fideicômmissum simplex, & absolutum, etiam in casum mortis, ea præcipuè de ratione, quam extollit num. 14. & antea num. 6. vers. Et non obstat, ibi: Ne illa verba, essent omnimoda superflua, & nihil operarentur, ibi: Secundò ego considerabam unum, quòd videtur mihi claram rei decisionem afferre quando quidem testator postquam in casu delicti masculis nò extantibus fœminas vocauit, subiicit rationē, quia voluit, &c. at si intelligeremus fœminas non includi, utique ea ratio non esset bona, nec includeret, nec determinaret dictum, quod de fœminis etiam loquitur. & tamen ratio debet esse concludens, & necessaria (iuribus per eum allegatis) & ratio debet esse talis qua posita ponatur dictū & è contra remoueat dictum ea remota, ea autem ratione attenda non debuisset testator fœminas vocare si ratio esset de solis masculis intelligenda, imò ea ratio contradiceret dicto, & inferret contrarium, & consequenter inepta esset, fieri enim interpretatio debet, ut ratio conueniat dicto sicuti responsionē, ita interpretamur, ut conueniat interrogationi, s. præterea, inst. de inuti. stipul. nouiter Ioan. Baptist. de Thoro *compendio decisio. par. 2. verbo, Fideicommissum, pag. 230. vers. Ne ratio subsequens sit superflua.* Igitur paritèr dicendum est, in nostro casu ex ratione finali adiecta prohibitioni alienationis ad hoc ut ratio non sit superuacua, & sine effectu quod operari debet fideicommissum in casum mortis.*

Vnde.

140. Undecima, & vltima ratio fit, quia dicta prohibitio fuit realis, nedum quia verba, *prohibitionis*, fuerunt semper directa ad rem, nec limitata ad certas, determinatas, ac designatas personas, sed etiam ad omnes descendentes cognitos & incognitos, ibi: *Ne per filios, è descendents seus*, quo casu realempre dicant prohibitionē ac ex illa resultare simplex, perpetuum, & absolutum fideicommissum adhuc in casum mortis, probatur ex *l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.* & ibi *Cuma. num. 5. circa principium. Castren. in l. fil. fam. §. diui num. 9. ff. de leg. 1. Peralta in d. l. peto, d. §. num. 3. Menoch. conf. 85. nu. 13. & conf. 753. num. 1. §. 2. Petra de fideicom. q. 2. num. 10. bene Capic. decis. 108. num. 2. innumeri alij ex more cumulati per Fusar. q. 673. ex num. 3. §. 4. latissimè Censal. ad Peregr. omninò vidend. artic. 29. pag. 183. vers. Octauò obseruo, Rota apud Censalium in fin. decis. 31. num. 21. multis citatis, §. par. 2. recentior. decis. 718. & 380. num. 5. par. 4. recent. §. dec. 93. num. 3. Fusarius conf. 192. à num. 9. latè Gratian. cap. 828. signanter num. 45. optimè Redenssch. conf. 60. num. 19. lib. 1. §. num. 20. ibi: *Luuari quoque videntur ex illis verbis testamenti, quod eius heredes, & descendentes, & c. modò aliquo directè, nec per indirectam, & quouis quasito colore vendere, alienare non possint, & c. quorum verborum uniuersalium ea est natura, ut etiam intestata successio censeatur prohibita, ex lasone conf. 67. col. penul. & conf. 168. col. vlti. num. 2. alios recent. Peregrin. in conf. 65. num. 9. lib. 3. & de fideicommiss. art. 14. nu. 40. cum seq. §. conf. 74. nu. 71. vers. ibi: Aderat etiam hæc prohibitio alienata facta heredibus, & heredum heredibus ex iura familiam, Peregrin. de fideicom. art. 29. num. 36. Mantic. conf. 247. quæ etiam verba, in nostris leguntur clausulis.**

Valenz. Velazq. conf. 40. num. 14. & 17. cum multis, optimè Ioan. Bap. de Thoro compend. decis. par. 2. verbo, *Fideicommissum simplex*, pag. 130. vers. *Tertia vestis*, non minùs eleganter Rubeus minimè omittendus *to. 2. p. 4. recen. dec. 357. tota, & 366. nu. 3. §. 4. innumeris laudatis; & tandem omninò ad eundem Castillo tom. 5. cap. 181. à nu. 9. & signanter decis.*

deci. 153. ferè tota à n. 22. cū seq. qui omnia à nobis supradicta, & firmata, ipse eleganti compagine, ac multis doct. fulcris illustrat, cumulat, ac sua decisione confirmat bene Rubeo par. 5. recent. decis. 216. num. 16. Larrea cum multis decis. 51. n. 10. versic. Et ideo prohibitio alienationis, elegantissime omnia prosequitur novissimè Ioan. Baptist. Chiarino contr. tom. 2. cap. 219. à num. 49. cum seq.

141 Postremò, & vltimò animaduertendū rogamus, quod dicta prohibitio, & omnis structura fideicommissi per dictum Bernardum Seuerum Çapila patrem, & dictum Petrum Angelum Çapila eius filium fuerit antea tractata, & in pactum postea deducta, vt ita ordinaretur, taliter quod ex solis verbis dictorū capitulorū secūdo loco initorū, quæ leguntur in processu fol. 141. iam fuit inductum reale, perpetuum, ac successiuum fideicommissum favore descendentiū, vt dictum est: & colligitur ex illis verbis, ibi: *Per parte exprès, & c. & infra: ço es, que qual seuol que succehesca en dits bens, no puga aquell vendre, alienar, ni obligar, si donchs no era per donar dot à llurs fillas, E mes auant, que los dits bens sian subjectes als vincles, & c. & infra: ara per las horas, ò à las horas per ara apposa los dits vincles, è fideicommissos, que lo dis son pare en son testament après de fillas, ò altres descendents del dit mossen Pere Angel Çapila apposats seràn, & c.* ex quibus verbis resultat, quod dictus testator dictam prohibitionem, & vincula apposuit, insequendo dispositionem iam factam pacto inito per dictum Petrum Angelum Çapila, resultat etiam clarè, & apertè, quod nedum dictus donatarius fecit similem alienationi prohibitionē; verum etiam vinculum reale, & perpetuum apposuit inter ipsius descendentes, imò & etiam dedit facultatem patri apponēdi vincula vltra dictos descendentes in extraneas personas: vnde cum nos simus ex descendentiis Petri Angeli Çapila, vt dictum est: quāuis regulari deberet prætensio huius nobilis partis ex tenore dictorum capitulorum, nihilominus haberemus vocationem ex dictis capitulis ad obtinēdum in hac causa, quod
collic

tollit omnem prorsus difficultatem.

142. Ex quibus omnibus meridiana luce clariùs apparet ius huius nobilis partis, maximè cū versemur in descendentibus, inter quos facilimo negotio extenditur, protenditur, ac inducitur fideicommissum, ut benè notat Redenasc. *conf. 9. artic. 2. à num. 11.* Galuanus *conf. 34. num. 118.* Ansaldo. *conf. 14. num. 119.* quia multa specialia, & fauorabilia admittuntur in fideicommissis, descendentium gratia, & fauore, ex aperto tex. in l. *quod his verbis, ff. deleg. 3. Capha. cōf. 166. n. 39.*

Et ita censemus. Saluo semper, &c.

Orlau V.I.D.
Llampillas V.I.D.